acutiſſima. Petra eñ erat xps. j. Corint. x. ⁊ Exo. iiij.
Tulit itaq̃ ſephora acutiſſimã petrã ⁊ circuncidit car
nẽ p̃putij filij ſui. Circũciſiõe ⁊c. dupl'r exponit̃ ſm gl.
Primo mõ ſic. Circũciſi inquã eſtis circũciſione non
manufacta. i. humano opere: ſed diuino. i. circũciſione
ſpũali q̃ quidẽ circunciſio fit in expoliatione corporis
carnis: hoc eſt depoſitione carnalis hoĩs. i. vitiorũ et
deſiderioꝝ carnaliũ ſm q̃ caro accipit̃. j. Cor. xv. Ca
ro ⁊ ſanguis regnũ celoꝝ nõ poſſidere ⁊c. Eſtis inquã
circunciſi circũciſiõe nõ manufacta. ſed circunciſione
ſpũali. Scd'o modo ſic. Circũciſi inquã eſtis in xpo et
hoc circũciſione nõ manufacta. i. circũciſiõe legali qui
quidẽ manufacta ſiue legalis fit in expoliatiõe corꝑis
carnis. i. corꝑis qđ eſt caro. ſ. cutis carnis: q̃ in circũci
ſione legali auferr̃. Nõ eſtis inquã circũciſi iſta circũ
ciſioe: ſꝫ circũciſiõe xpi. i. ſpũali in qua oĩa vitia ampu
tata ſunt. Tñ ſi Roma. ij. Non enim qui in manifeſto iu
deus eſt neq̃ q̃ in manifeſto ĩ carne eſt circũciſus: ſed
q̃ in abſcõdito iudeus eſt: ⁊ circũciſio cordis in ſpiritu
nõ litera, cuius laus nõ ex hoĩbus, ſed ex deo eſt: cir
cunciſi eſtis circũciſiõe nõ manufacta: in expoliatione
corꝑis carnis: ſed circũciſione xpi. Tertio ratione iu
deoꝝ ⁊ inexcuſabiles eſſent. Si eñ circũciſus nõ fuiſ
ſet potuiſſent ſe iudei excuſare ⁊ dicere. Ideo te nõ re
cipimus: q2 diſſimilis es patrib⁹. Quarto rõne demo
num ne ſcꝫ incarnationis myſteriũ cognoſcerent. Cũ
eñ circũciſio fieret cõtra originale pctm̃ credidit dia
bolus: ⁊ hunc q̃ circuncidebat̃ ſimiliter peccatorẽ eſſe
qui circunciſionis remedio indigeret ꝓpter eandem
cauſam voluit vt mater ſua virgo perpetua eſſet deſpõ
ſata. Quinto rõne perfecte iuſtitie adimplende: ſicut
eñ baptizari voluit vt perfectã iuſtitiã. i. ꝑfectã humi
litatẽ q̃ eſt ſubdere ſe minori impleret: ſic etiã voluit
circuncidi vt eandẽ humilitatem nobis oſtẽderet dñ
autor ⁊ dñs legis voluit ſe ſubdere legi. Sexto rõne le
gis moſaice approbãde qđ erat bona ⁊ ſancta ⁊ cõplẽ
da: q2 non venerat legẽ ſoluere, ſed adimplere. Ro. xv.
Dico eñ Ieſum xpm miniſtrum fuiſſe circũciſionis ꝓ
pter veritatẽ dei ⁊c. Quare aũt circunciſio octaua die
fiebat. Multiplex põt rõ aſſignari. Prima ſumitur pe
nes intellectũ hiſtoricũ ſiue literalẽ. Nam ſicut dicit
rabbi Moyſes maximus philoſophus ⁊ theologus: iꝫ
iudeus. Puer ĩ ſeptẽ dieb⁹ tãte adhuc teneritudinis
eſt quãte eſt adhuc in vtero matris exiſtens. In octa
ua aũt die fortificatur ⁊ ſolidatur: ⁊ ideo vt dicit noluit
dñs paruulos ante octauũ diẽ circũcidi ne ob nimiã
teneritudinem nimiũ lederẽtur. Ultra octauum vero
diem ipſã circunciſionẽ noluit ꝓlongari ꝓpter tres
cauſas quas p̃bs idem aſſignat. Prima vt periculum
euitet̃: ne ſcꝫ ſi nimiũ differretur ſine circũciſione eos
mori contingeret. Scd'a vt dolori paruuloꝝ ꝓuideat̃:
cũ eñ in circũciſiõe maxim⁹ dolor ſit, voluit eos dñs
circũcidi dum paruam adhuc imaginationẽ haberẽt ⁊
minorem ibi dolorem ſentirent. Tertia vt parentũ tri
ſtitie cõſuleretur: nam cũ ex circũciſiõe plerīq̃ paruuli
morerẽtur ſi circũciſi fuiſſent iã magni: ⁊ ex hoc mor
tui maior dolor fuiſſet parentibus q̃ ſi morerent̃ octo
tm̃ dies habentes. Scd'a rõ ſumit̃ penes intellectum
anagogicum ſiue celeſtem. Ideo eñ octaua die fiebat
vt daret̃ intelligi q̃ in octaua reſurrectionis ab oĩ pe
na ⁊ miſeria circũcideremur. Et ſꝫ hos octo dies erũt
octo etates. Prima ab Adã vſq̃ ad Noe. Scd'a a noe
vſq̃ ad abrahã. Tertia ab Abraham vſq̃ ad Moyſen.
Quarta a moyſe vſq̃ ad dauid. Quinta a Dauid vſq̃
ad Chriſtũ. Sexta a xpo vſq̃ ad finẽ mũdi. Septima
morientium. Octaua reſurgentium. Uel per octo dies
intelliguntur octo, q̃ in eterna beatitudine poſſidebi
mus q̃ enumerat Augu. dicẽs. Quid aliud eſt ego ero
illoꝝ deus niſi ero eis vñ ſatient̃. Ero q̃cunq̃ honeſte
deſiderant̃. ſ. vita, ſal⁹, victus, copia, gl'ia, honor, pax
⁊ oẽ bonũ: vel aliter. Per ſeptẽ dies intelligit̃ hõ cõ
ſtãs ex corꝑe ⁊ aĩa. Quatuor eñ dies ſunt quatuor ele
mẽta ex q̃bus corp⁹ ꝯſiſtit: ⁊ tres dies ſunt tres poten
tie que ſunt in aĩa: ſcꝫ ꝯcupiſcibilis, iraſcibilis ⁊ rõna
lis. Homo igit̃ q̃ nũc hꝫ ſeptẽ dies: qñ vnitati eterne
incõmutabilitatis ꝯiunget̃, tũc octo dies habebit, et
in illo octauo die ab oĩ pena ⁊ etiã culpa circũcidetur.
Tertia rõ ſumit̃ penes intellectũ tropologicũ ſiue mo
ralẽ. Et ſm hoc octo dies diuerſimode poſſunt accipi.
Primus põt eſſe pctĩ cognitio. ps. Qm̃ iniq̃tatẽ meã
ego cognoſco ⁊c. Scd'o ꝓpoſitũ deſerẽdi malũ ⁊ faciẽ
di bonũ qđ notat̃ ĩ filio ꝓdigo q̃ dixit ſurgã ⁊ ibo ad pa
trẽ meũ ⁊c. Terti⁹ pudor de pctõ. Unde apl's. Quẽ eñ
fructũ habuiſtis: tũc in illis in q̃bus nũc erubeſcitis.
Quart⁹ timor de futuro iudicio. Job. Quaſi tumẽtes
ſuꝑ me fluctus timui deũ. Hiero. Siue comedã ſiue bi
bã ſiue aliq̃d aliud faciã: ſemꝑ vĩ mihi illa vox in auri
bus meis ſonare. Surgite mortui venite ad iudiciũ.
Quintus contritio: vñ Hiere. Luctum vnigeniti fac ti
bi ⁊c. Sextus ꝯfeſſio. ps. Dixi cõfitebor aduerſum me
iniuſtitiã meã ⁊c. Septim⁹ ſpes venie. Nã ⁊ ſi iudas
peccatũ ſuũ ꝯfeſſus fuerit: tñ nõ in ſpe venie: ⁊ ideo nõ
eſt miam cõſecutus. Octauus ſatiſfactio, ⁊ in hac die
homo ſpũaliter circuncidit̃ nõ ſolum a culpa: ſꝫ etiam
ab omni pena: vel duo primi dies ſunt dolor de perpe
tratione pctĩ ⁊ deſiderium emendandi. Alij duo ꝯſi te
ri mala q̃ fecimus: ⁊ bona que omiſim⁹. Alij quatuor
ſunt oratio: lachrymaꝝ effuſio: corporis afflictio elee
moſynarum largitio. Uel octo dies poſſunt eſſe octo:
quoꝝ diligẽs cõſideratio oẽm voluntatẽ peccãdi a no
bis circũcidit: ita q̃ qui vnum diligenter cõſiderauit
vnã magnã dietã laciet quoꝝ ſeptẽ numerat Ber. di
cẽs. Septẽ ſunt de eſſentia hoĩs q̃ ſi hõ cõſideraret in
eternũ nõ peccaret: ſcꝫ materia vilis: operatio turpis
exitus flebilis: ſtat⁹ inſtabilis: mors triſtabilis: diſſo
lutio miſerabilis: ⁊ dãnatio deteſtabilis. Et octauum
põt eſſe ꝯſideratio glie ineffabilis. Quarta ratio ſu
mit̃ penes intellectũ allegoricũ ſiue ſpiritualem: ⁊ ſm
hoc quinq̃ dies erunt q̃nq̃ libri Moyſi in q̃bus conti
net̃ lex. Duo erunt ꝓphete ⁊ pſalmi: octauus dies erit
doctrina euãgelica: ſed in ſeptẽ primis diebus nõ fie
bat ꝑfecta circũciſio: in octauo aũt ꝑfecta circũciſio fit
ab oĩ culpa ⁊ ab oĩ pena, nũc in ſpe, ſed tandẽ in re. E.
¶ Quare aũt data fuerit circũciſio ſex ſunt cauſe q̃ no
tant̃ ĩ his verſib⁹. Cauteriũ, ſignũ, meritũ, medicina,
figura. Exẽplũ fuit oĩum circũciſio dura. De carne aũt
circunciſionis dñi dr̃ q̃ angelus eam Karolo magno
attulit: ⁊ ipſe eã aquiſgrani in eccleſiã ſancte Marie
honorifice collocauit Karolus vero illã poſtea fertur
caroſium tranſtuliſſe: nũc autem dicitur eſſe Rome in
eccleſia que dicit̃ ſancta ſctõꝝ: vñ ⁊ ibidẽ ſcriptũ legi
tur. Circunciſa caro xpi ſandalia clara. Atq̃ vmbilici
viget hic preciſio cara: vñ et ea die fit ſtatio ad ſancta
ſanctorũ: ſed ſi hoc verum eſt valde vtiq̃ mirabile eſt.
Cum eniꝫ caro ipſa ſit de veritate humane nature: cre
dimus q̃ reſurgente chriſto rediit ad locum ſuum glo
rificatum. Aliqui dixerunt qđ hoc verum ſit iuxta opi

nionē iſtoꝝ q̄ dicunt illud ſolū eſſe de veritate huma
ne nature. Qḋ ab adā traductū eſt illud. ſolū reſurge-
re. Notādū ꝙ olim a paganis ꝛ gentilib⁹ in his katē-
dis multe ſupſtitiones obſeruabāt quas ſcti etiam a
xp̄ianis vix extirpare potuerūt. Quas Aug. in quodā
ſermōe cōmemorat. Credentes em̄ vt dicit Ianū ducē
quendā deū eſſe cū in his kalendis plurimū venera-
bantur ꝛ ei duas facies figurabāt vnā post ſe ꝛ vnā an
ſe: qꝛ erat finis anni p̄teriti ꝛ principiū ſequētis. Rur
ſus in his kalēdis formas mōſtruoſas aſſumebāt alij
veſtientes ſe pellibus pecudū: alij aſſumentes capita
beſtiarū. ex quo indicabāt nō tā habitū ſe beluinū ha-
bere ꝙ̄ ſenſum. Alij tunicis mulierib⁹ veſtiebant non
erubeſcentes inſerere tunicis mulierib⁹ militareo la
certos. Alij ita auguria obſeruabāt vt focū de domo
ſua vel aliud qḋcūꝗ̄ bn̄ficiū cuilibet petēti nō tribue
rēt. Diabolicas etiā ſtrenas ꝛ ab alijs accipiūt ꝛ alijs
tradunt. Alij in nocte mēſas laute p̄parāt: ꝛ ſic tota
nocte manere ſinunt credētes ꝙ ꝑ totū annū cōuiuia
in tali ſibi abūdantia ꝑſeuerāt. Et ſubdit Aug. Qui de
paganoꝝ cōſuetudine aliq̄d obſeruare voluerit timē
dū eſt ne nomē chriſtianū ei ꝓdeſſe non poſſit. Qui ēt
ſtultis hoībus ludētibus aliquā humanitatē impēde
rit peccati eoꝝ participē ſe eſſe nō dubitet. Uobis aūt
fratres nō ſufficiat ꝙ hoc malū nō facitis: ſed vbicūꝗ̄
fieri videritis arguite ꝛ corripite ꝛ caſtigate. hec Aug.

¶ De epiphania domini xiiij. A.



EPiphania dn̄i quadripl'r deco-
rat miraculo: ꝛ ideo quadruplici
vocabulo nuncupat. Hodie em̄ magi
xp̄m adorant. Joannes xp̄m baptizat:
aquā in vinū xp̄s mutat ꝛ quinꝗ̄ mi-
lia hoīm de quinꝗ̄ panib⁹ ſatiat. Cum
em̄ ieſus eſſet tredecim dierū magi ad
eū (ſtella duce) venerūt. Et inde dicit
epyphania ad epy qḋ eſt ſupra ꝛ pha-
nos qḋ eſt apparitio: qꝛ tūc deſuꝑ ſtel-
la apparuit ſiue ipſe xp̄s ꝑ ſtellā q̄ deſuper viſa eſt ma-
gis verus deus demōſtrat⁹ eſt. Eadē die reuolutis vi-
ginti nouē annis cū iā annū triceſimū attigiſſet: qꝛ ha-
bebat viginti nouē annos ꝛ tredecim dies: erat em̄ inci-
piēs quaſi annoꝝ triginta vt dicit Lucas: vel ſm̄ Be
dā habebat triginta annos plenos qḋ eſt romanam
eccleſiam tenere aſſerit tunc in quā in iordane bapti-
zatus eſt. Et ob hoc vocat theophania: a theos qḋ eſt
de⁹ ꝛ phanos qḋ eſt apparitio: qꝛ tūc de⁹ trinitas ap-
paruit pr̄ i voce fili⁹ in carne: ꝛ ſpūſſcūs ī colūbe ſpe-
cie. Ipſo iterū die reuoluto vno anno cū eſſet. xxx. vel
triginta vni⁹ annoꝝ ꝛ tredecim dierū aquā in vinū mu
tauit. Et hoc vocatur bethphania a beth quod eſt do-
mus: qꝛ miraculo facto ī domo verus deus apparuit.
Ipſo iterū die reuoluto anno cū eſſet annoꝝ triginta
vnius vel triginta duoꝝ ꝛ tredecim dierū quinꝗ̄ mi
lia hoīm de quinꝗ̄ panibus ſatiauit ſicut dicit Beda:
ꝛ ſicut dr̄ in illo hymno q̄ in multis eccleſijs cātat: ꝛ
ſic incipit. Illuminās altiſſimus ꝛc. Et ob hoc vocat
phagiphania a phage qḋ eſt bucca ſiue mādūcare: De
hoc aūt quarto miraculo virū hac die ꝯtigerit dubita
tur: tū qꝛ in originali Bede nō ſic expꝛeſſe legit: tū qꝛ
Ioā. vj. vbi de hoc miraculo agit dr̄. Erat aūt ꝓximū
paſcha ꝛc. Iſta ergo quadruplex apparitio iſta die fcā
eſt. Prima facta eſt ꝑ ſtellā in p̄ſepio. Scḋa ꝑ vocem
patris ī iordanis fluuio. Tertia ꝑ mutationē aque in
vinum in cōuiuio. Quarta per multiplicationē panū
in deſerto. Prima aūt apparitio p̄cipue hodie celebra
tur: ꝛ ideo eius hyſtoriā proſequamur. B. ¶ Nato em̄
dn̄o tres magi hieroſolymā venerūt quoꝝ nomina in
hebreo ſunt Appellius Ameri⁹ Damaſc⁹: grece Gal-
galath magalath Sarachi. latine Gaſpar Balthaſar
Melchior. Cuiuſmodi autem magi fuerūt hī: triplex
extat ſn̄ia ſm̄ ꝙ magus tripliciter dr̄. Magus em̄ dr̄ il
luſor maleficus ꝛ ſapiēs: dicūt ergo qdā hos reges ab
effectu dictos fuiſſe magos. i. illuſores ex eo. ſ. ꝙ hero
dem illuſerūt: qꝛ ad eū nō redierūt: vñ ꝛ dr̄ de herode.
Uidēs ꝙ illuſ⁹ eſſet a magis ꝛc. Magus iterū dr̄ ma-
leficus vñ malefici pharaonis dicūt magi. Et inde di-
cit Chryſo. hos magos vocatos. Dicit em̄ iſtos fuiſſe
maleficos: ſed poſtea cōuerſos. Quib⁹ dn̄s voluit na-
tiuitatē ſuā reuelare ꝛ eos ad ſe reducere vt ꝑ hoc pec
catorib⁹ venie ſpē p̄beret. Iterū magus idē eſt ꝙ ſa-
piens. Nā per ſe magus: hebraice ſcriba. grece ph̄s
latine ſapiēs dr̄. Dicunt ergo magi. i. ſapientes. vñ et
magi q̄ſi ī ſapiētia magni. Uenerūt ḡ hī tres ſapiētes
reges cū magno comitatu hieroſolymā. Sed q̄rit qua
re magi hierl'm venerūt cū ibi dn̄s natus nō ſit. Sup
hoc aſſignat remigi⁹ quatuor rōnes. Prima qm̄ magi
tp̄s natiuitatis xp̄i agnouerūt: ſꝫ locū ignorauerūt: qꝛ
aūt hierl'm erat ciuitas regalis ꝛ ibi erat ſummū ſacer
dotiū ſuſpicati ſunt: ꝙ tā egregi⁹ puer nō niſi in regia
ciuitate naſci deberet. Scḋa vt citi⁹ natiuitatis locū
diſcere potuiſſent cū ibi ſapiētes legis ꝛ ſcribe reſide-
rēt. Tertia vt iudei inexcuſabiles manerēt: potuiſſēt
em̄ dicere. Nos qdē natiuitatis locū cognouim⁹: tp̄s
aūt ignorauim⁹: ꝛ ī ō nō credim⁹. Magi, ergo oñderūt
iudeis tp̄s ꝛ iudei magis locum. Quarta vt ſic ſtudio
magoꝝ cōdēnaret pigritia iudeoꝝ. Nā illi vni ꝓphe
te crediderūt: iſti plurib⁹ credere noluerūt. Illi q̄rūt
regē alienū. Iſti nō querūt ꝓpꝛiū. Illi venerūt de lon
ginquo: iſti māſerūt in vicino. Iſti reges fuerūt ſucceſ
ſores balaā ꝛ ad viſionē ſtelle venerūt ꝓpter illā pro-
phetiā patris ſui. Orief ſtella ex iacob ꝛ exurget hō de
iſrael ꝛc. C. ¶ Aliā cauſam vñ iſti moti ſunt ad venien
dū ponit Chryſo. ī originali ſuꝑ Matth. aſſerēs quoſ-
dam dicere ꝙ quidē ſecretoꝝ inſpectores elegerūt de
ſeipſis duodecim ꝛ ſi quis moriebat fili⁹ eius aut ali-
quis ꝓpinquoꝝ in eius loco ſubſtituebat. Hī ergo ꝑ
ſingulos annos poſt mēſem aſcēdebant ſuꝑ montē vi
ctorialē ꝛ trib⁹ dieb⁹ ibidē morātes ſe lauabāt ꝛ ado-
rabāt deū vt eis illā ſtellā quā balaā predixerat oſten
deret. Quadā igit vice. ſ. in die natali dn̄i dum ſic ibi
dē manerēt ſtella quedā ad eos ſuꝑ montē venit que
habebat formam pulcherrimi pueri ſuꝑ cuius capite
crux ſplēdebat que magos allocuta eſt dicens. Ite ve
locius in terram iuda ꝛ ibidē regē quē queritis natū
inuenietis. Tūc illi cōtinuo venire ceperūt. Sed quō
in tā ꝑuo tp̄e. ſ. in tredecim dieb⁹ ꝑ tāta terrarū ſpacia
venire potuerūt. i. ab oriēte vſꝗ̄ in hierl'm que in me-
dio mundi dr̄ eſſe ſita. Dicendum eſt ſm̄ Remigiū qm̄
talis puer ad quē ꝓperabant eos in tā breui ſpacio ꝑ-
ducere potuit. Uel poterit dici ſm̄ Hieronymū ꝙ ſuꝑ
dromedarios venerūt q̄ ſunt aīalia velociſſima q̄ tm̄
currūt vna die quātū equus in trib⁹. vñ dr̄ dromeda-
rius a dromos qḋ eſt curſus ꝛ areos qḋ eſt virtus. Cum
ergo hieroſolymā veniſſent interrogauerūt dicentes
Ubi eſt qui natus eſt rex iudeoꝝ. Nō interrogauerunt
an natus ſit: qꝛ hoc credebāt. Sed querūt vbi nat⁹ ſit
quaſi aliquis interrogaſſet eos vnde ſcitis hunc regē
natū eſſe. Rñderūt. Uidimus ſtellā eius in oriēte ꝛ ve
nimus adorare eum. Hoc eſt nos exiſtentes in oriente
ꝛ vidimus ſtellā eius. i. eius natiuitatis oſtēſiuā vidi

mus in ꝙ ſup iudeã poſitã. Uel nos exiſtẽtes in noſtra
regiõe vidim⁹ ſtellã eius in oriẽte. i. in oriẽtali pte his
xpis ſicut dicit Remigius in originali verũ hoiem et
verũ regẽ ⁊ verũ deũ cõfeſſi ſunt. Uerũ hoiem cũ dixe
rũt vbi eſt q̃ nat⁹ eſt verũ regẽ: cũ aiũt. Rex iudeoꝝ: ve
rũ deũ cũ ſubiungũt venimus adorare eũ. Preceptũ
eñi fuit vt nulli⁹ niſi ſolus de⁹ adoraret. Sʒ Herodes
hoc audiẽs turbat⁹ eſt ⁊ oĩs hieroſolyma cũ illo Tri-
plici de cauſa rex turbat⁹ eſt. Priõ ne iudei regẽ natũ
tanꝙ ſuũ reciperẽt ⁊ ſe tanꝙ alienigenã expellerent
Uñ Chriſoſto. ſicut ramũ arboris in excelſo poſitũ: le-
uis ẽt aura mouet: ſic ⁊ ſublimes hoies ĩ culmine di-
gnitatũ exiſtẽtes: leuis etiã fama ↄturbat. Scđo ne a
romanis culpari poſſet ſi aliq̃s ibi rex vocaret quem
Auguſtus nõ cõſtituiſſet. Sic eñi ordinauerant roma
ni vt nullus de⁹ vel rex ſine ſui licẽtia et imperio dice
ret. Tertio qꝛ ſicut dicit Greg. Celi rege nato rex ter
re turbat⁹ eſt: qꝛ nimirũ altitudo terrena ↄfundit: dũ
celſitudo celeſtis aperit. Oĩs etiã hieroſolyma cũ illo
turbata eſt triplici d̃ cauſa. Priã qꝛ impij gaudere ne
queũt de aduẽtu iuſti. Scđo vt regi turbato adularẽt
ꝑ hoc ꝙ ſe ſiliter turbatos oſtẽderẽt. Tertio qꝛ ſicut ſe
ventis cõcutientibus vnda cõcutitur: ſic ⁊ regib⁹ adin
uicẽ certãtib⁹ pplˢ conturbatur: ⁊ ideo ex hoc timue-
runt ne ſcʒ preſenti ⁊ futuro rege adinuicẽ certãtibus
ipſi perturbationibus inuoluerent. Hec eſt rõ Chriſo.
D. ¶ Tunc herodes oẽs ſacerdotes ⁊ ſcribas cõuocãs
ſciſcitabat ab eis vbi xp̃s naſceretur. Cum aũt ab eis
didiciſſet ꝙ in bethleeʒ iude vocatis ad ſe clam magis
diligẽter ab eis didicit tp̃s ſtelle vt veʒ ſciret quid fa-
ceret ſi ad ſe magi nõ redirẽt. Dixitq; eis vt inuẽto pue
ro ei renũciarẽt ſimulãs ſe velle adorare quẽ volebat
occidere. Et nota ꝙ cũ magi hieroſolymã igreſſi fuiſ-
ſent ſtelle ducatum amiſerũt: ⁊ hoc ꝓpter tres rõnes.
Prima vt de loco natiuitatis Chriſti q̃rere cogerẽt:
vt ſic de ipſius ortu certificarent: tam per ſtelle appa-
ritionẽ q̃ per prophetie aſſertionẽ ſicut ⁊ factum eſt.
Scđa qꝛ auxiliũ q̃rentes humanũ iuſte ꝑdere merue
rũt diuinũ. Tertia qꝛ ſigna infidelibus data ſunt ſm
apl̃m: ſʒ prophetia fidelibus: ⁊ ideo ſignum datũ iſtis
dum adhuc eſſent infideles nõ debuit apparere dum
eſſent inter iudeos fideles. Hec triplex ratio tangit in
gloſſa. Cum aũt Hieruſalẽ egreſſi fuiſſent ſtella ante
cedebat eos vſq; dũ veniẽs ſtaret ſupra vbi erat puer.
De hac ſtella qualis fuerit ſunt tres opiniões: quas po
nit Remigius in originali: Quidã dicũt fuiſſe ſpiritũ
ſanctum vt ille qui poſtmodum deſcendit ſuper dñm
baptizatum in ſpecie columbe: apparuerit etiã magis
in ſpecie ſtelle. Alij vt Chryſoſto. dicũt ꝙ fuerit ãgel⁹
vt ipſe qui apparuit paſtorib⁹: apparuit etiã ⁊ magis.
Sed ipſis paſtoribus iudeis tanꝙ rõne vtẽtib⁹ appa
ruit in forma rõnali: gẽtilibus xo tanꝙ irrationabi-
lib⁹ in ſpẽ irrationali. Alij qđ veri⁹ creditur ꝙ fuerit
ſtella de nouo creata que pacto ſuo miniſterio redijt
in preiacẽtẽ materiã. Iſta aũt ſm qđ dicit Fulgẽtius
differebat ab alijs in tribus. ſ. in ſitu. qꝛ nõ erat localr
ſita ĩ firmamẽto: ſed pẽdebat in meditullio aeris ꝓxi
mo terre. In fulgore: qꝛ ceteris erat ſplẽdidior qđ in-
de ptʒ: qꝛ ſplẽdorem eius nõ poterat ſplẽdor ſolis ob-
fuſcare / immo in meridie lucidiſſima apparebat. In
motu: qꝛ precedebat magos more viatoris: nõ eñi mo-
uebat motu circulari: ſed quaſi motu aialis ⁊ ꝓceſſiuo.
Alie tres dñe tãgunt in glo. Mat. ij. q̃ incipit ſic. Hec
ſtella dñice natiuitatis ⁊c. Prima ĩ origine: qꝛ alie in
mũdi principio ſunt facte: hec mõ. Scđa in officio: qꝛ
alie facte ſunt vt ſint ĩ ſigna ⁊ tpa: vt dr̃. Gen. j. Hec aũt
vt magis viã preberet. Tertia ĩ duratione: qꝛ alie ſunt
ꝑpetue. Hec ↄpleto officio ſuo redijt in materiã preia-
centẽ. E. ¶ Cũ aũt ſtellã vidiſſent gauiſi ſunt gaudio
magno valde. Notandũ ꝙ quintuplex eſt ſtella quam
iſti magi viderũt. ſ. ſtella materialis: ſtella ſpũalis: ſtel
la itellectualis: ſtella rõnalis: ⁊ ſtella ſupſubſtãtialis.
Primã. ſ. materialẽ viderũt in oriẽte. Scđaʒ. ſ. ſpũalẽ
que eſt fides viderunt in corde. Niſi eñi hec ſtella. ſ. fi-
des in eoꝝ corde radiaſſet: nequaꝙ ad viſionẽ prime
ſtelle veniſſent. Habuerũt eñi fidem de eius humani-
tate cũ dixerunt. Ubi eſt q̃ natus eſt. Et de eius regali
dignitate. cũ dixerũt. Rex iudeoꝝ. Et de ei⁹ deitate: cũ
dixerũt. Uenimus adorare eũ. Tertiã. ſ. intellectualẽ
que eſt angelus viderũt in ſomno qñ per angelũ ſunt
moniti ne redirẽt ad herodẽ. Licet ſm quãdã gloſam
nõ angelus: ſed ipſe dñs eos admonuerit. Quartã. ſ.
rõnalem: que fuit beata virgo viderunt in diuerſorio.
Quintã. ſ. ſupſubſtantialẽ: que fuit xp̃s viderũt in p̃ſe
pio. Et de hoc dupliciter dr̃. Intrãtes domũ iuenerũt
puerũ cum maria matre eius. Quelibet aũt iſtarũ dr̃
ſtella. De prima Pſal. Lunã ⁊ ſtellas q̃ tu fundaſti. De
ſcđa Eccle. xliij. Species celi. i. celeſtis hoĩs gl'ia ſtel-
larum. i. virtutũ. De tertia Baruch. iij. c. Stelle autẽ
dederunt lumen in cuſtodijs ſuis: vocate ſunt ⁊c. De
quarta. Aue maris ſtella. De quinta Apoca. vlti. Ego
ſum radix ⁊ genus dauid: ſtella ſpẽdida ⁊ matutina.
Propter viſionem prime ⁊ ſecunde ſtelle magi gaui-
ſi ſunt. Propter viſionem tertie ſtelle gauiſi ſunt gau-
dio. Propter viſionem quarte gauiſi ſunt gaudio ma-
gno. Propter viſionem quinte ſtelle gauiſi ſunt gau-
dio magno valde. Uel ſicut dicit glo. Ille gaudet gau
dio qui de deo gaudet q̃ eſt verũ gaudiũ: ⁊ addit ma-
gno: qꝛ eo nihil eſt maius ⁊ valde: quia de magno põt
alius plus alius minus gaudere. Uel per horum ver-
borum exaggregationẽ voluit oſtendere Euangeliſta
ꝙ hoĩes plus gaudent de rebus perditis ⁊ iterũ inuẽ-
tis q̃ de ſemper poſſeſſis. F. ¶ Cũq; domũculã intraſ-
ſent ⁊ puerũ cũ matre inueniſſent flexis genib⁹ et ſin-
guli hec munera obtulerũt: ſcʒ aurũ / thus / ⁊ myrrhã.
Hic exclamat Aug. dicẽs. O ſtupenda infantia cui ⁊
aſtra ſubduntur. Cuius eſt ille magnitudinis ⁊ ſupne
glorie ad cui⁹ pãnos ⁊ angeli excubant ⁊ ſydera obſe-
cundãt ⁊ reges trepidant ⁊ ſectatores ſapiẽtie geniecu
lant. O beatum tuguriuʒ. O ſedes dei ſcđa poſt celum
vbi non lucerna lucet: ſed ſtella. O celeſte palatiũ in
quo habitat nõ rex geminatus: ſed de⁹ incorporatus
cui erãt pro mollibus toris dura preſepia: ꝓ laqueã-
rib⁹ aureis fulignea culminis tecta: ſed ſyderis obſe
quio decorata. Stupeo cũ video pãnos ⁊ ſtupeo celos
eſtuo cum aſpicio in preſepio mendicum ⁊ ſuper aſtra
preclarũ. Item Bernar. Quid facitis. O magi. Quid
facitis? Lactentem puerũ adoratis in tugurio vili in
vilib⁹ pãnis: ergone deus eſt iſte quid facitis ꝙ aurũ
offertis: ergo rex eſt iſte. Et vbi aula regia vbi thronus
vbi curie regalis frequentia. Nunquid aula eſt ſtabu
lũ: thronus preſepium: curie frequẽtia Ioſeph ⁊ Ma
ria. Iſti inſipientes facti ſunt vt herent ſapientes. De
hoc ẽt ſic dicit Hilari⁹ in lib. ij. de trinitate. Parit vir
go: ſed partus a deo eſt. Infans vagit laudãtes ange-
li audiunt: panni ſordẽt: de⁹ adorat: itaq; poteſtatis
dignitas non amittitur dũ carnis humilitas predica-
tur. Ecce quõ in Chriſto puero nõ tñ fuerũt humilia
⁊ infima: ſed etiam diuinitatis ſublimia ⁊ excelſa. De
hoc iterum dicit Hierony. ſuper epiſtolaʒ ad hebreos

Reſpicis cunas xp̄i: vide pariter ⁊ celū. Uagientem in preſepio intueris infantē: ſed angelos ſimul auſculta laudātes. Herodes pſequitur: ſed adorāt magi. Ignorāt phariſei: ſed ſtella demonſtrat. Baptizat a ſeruo: ſȝ vox dei deſup tonātis audit. Aqs īmergit: ſed columba deſcendit: imo ſpūſſctūs in colūba. B. ¶ Quare aūt magi hmōi munera obtulerunt multiplex eſt rō. Prima qm̄ traditio antiquoꝝ fuit: vt dicit Remigi⁹ vt nullus ad deū vel ad regē vacu⁹ itroiret. Perſi aūt ⁊ chaldei talia munera cōſueuerāt offerre. Iſti aūt vt dicit in hiſtoria ſcholaſtica venerunt de finibus perſarū et chaldeoꝝ: vbi eſt fluuius ſaba a quo ⁊ ſabea dr̄ regio. Scd̄a que eſt Bernardi: qm̄ beate virgini aurum obtulerūt propter inopie ſubleuationē: thus ꝑpter ſtabuli fetorē: myrrhā ꝑpter mēbroꝝ pueri ꝯſolidationē ⁊ maloꝝ verminū expulſionē. Tertia qm̄ aurum ad tributū: thus ad ſacrificium: myrrha ad ſepulturā ptinent mortuoꝝ. Per hec tria ergo in Chriſto intimat regia poteſtas: diuina maieſtas: ⁊ hūana mortalitas. Quarta qm̄ aurū ſignificat dilectionē: thus orationē: myrrha carnis mortificationē. Et hec tria chriſto dbem⁹ offerre. Quinta quoniā p hec tria ſignificant tria que erant in chriſto: ſcȝ diuinitas pcioſiſſima: anima deuotiſſima: ⁊ caro integra ⁊ incorrupta. Hec tria ſignificabantur per illa tria q̄ erant in arca. Nā virga q̄ floruit caro chriſti q̄ reſurrexit. Pſal. ⁊ refloruit caro mea ⁊c. Tabule vbi erant ſcripta precepta: anima in qua ſunt oēs theſauri ſcientie ⁊ ſapiētie dei abſcōditi. Māna deitas q̄ hȝ oēm saporē ⁊ oēm ſuauitatē. Per aurū ḡ qd̄ eſt precioſius oībus metallis intelligit diuinitas pcioſiſſima. Per thus aīa deuotiſſima: qr thus ſignificat deuotionē ⁊ orationē. ps. Dirigat oratio ⁊c. Per myrrhā q̄ cōſeruat a corruptione caro icorrupta. Admoniti aūt magi in ſomnis ne redirēt ad herodē: per aliā viā reuerſi ſunt in regionē ſuā. Ecce quō magi ꝓfecerūt. Nā ſtella duce venerūt per hoīes imo p ꝓphetiā edocti fuerūt: angelo duce redierūt ⁊ in xp̄o quieuerūt. Horū corpa in mediolani eccl'ia q̄ nūc eſt fratrū ordinis noſtri. ſ. fratrū predicatorū quieſcebāt: ſȝ nūc colonie requieſcūt. Nā coꝝ corpa primo p Helenā cōſtātini matrē rapta in cōſtātinopolim trāſlata: poſtea p ſanctū Euſtorgiū epm̄ mediolanū ſunt trāſlata. Sȝ per Henricū imperatorē poſtq̄ mediolanū poſſedit in coloniā ſup rhenū fluuiū ſunt delata: vbi in magna reuerentia ⁊ populi deuotione coruſcant.

¶ De ſancto Paulo eremita. xv. A.



Paulus primus eremita vt teſtatur Hiero. qui eius vitā conſcrip ſit feruēte decij pſecutione eremum vaſtiſſimā adyt: ibiq̄ in quadā ſpelunca. lx. annis hoīb⁹ incognit⁹ ꝑmāſit. Iſte aūt Decius dicit fuiſſe galien⁹ q̄ fuit binomius: q̄ cepit anno dn̄i. cclvj. Uidēs em̄ ſctūs Paulus xp̄ianis tot tormētoꝝ genera irrogari in eremum aufugit. Eo ſiquidē tpe duo iuuenes xp̄iani cōprehendūtur: quoꝝ vnus toto corpe melle perūgit: ⁊ ſub ardore ſolis aculeis muſcarū et ſcabronū ⁊ veſparū lacerādus exponit. Alter vero molliſſimo lecto imponitur: ⁊ in loco amenissimo collocat: vbi aeris erat temperies: riuoꝝ ſonitus: cantus auiū: ⁊ florū olfactus funibus tamē floreis coloꝛib⁹ obtectis ſic iuuenis cingit vt manib⁹ vel pedib⁹ ſe iuuare nō poſſet. Adeſt quedā iuuencula corpe pulcherrima ⁊ impudica ac impudice tractat iuuenē dei amore repletū. Cū aūtē ille in carne motus ꝯtrarios rōni ſenſiſſet nō habēs arma qb⁹ ab hoſte ſe eruat: linguā ꝓpriā dentib⁹ ſuis incidit ⁊ in faciē impudice expuit: ⁊ ſic tētationē dolor fugauit et tropheū laude dignū ꝓmeruit. Hoꝝ ⁊ alioꝝ penis ſctūs Paulus territus eremū petyt. B. ¶ Eo tpe cū Antoni⁹ primū ſe inter monachos eremicolaȝ cogitaret: in ſomnis aliū ſe multo meliorē eremū incolere edocet. Qui dū eū p ſiluas inquireret obuiū habuit ypocentaurū hominē equo mixtū qui ei viā dexterā demonſtrauit. Poſtmodū obuiū habuit aīal ferēs fruct⁹ palmarū ſupra imaginē hoīs inſigniū: deorſuȝ vero capre formā habēs. Qui dū ipm̄ p deū cōiuraret vt ſibi diceret q̄s eſſet: reſpōdit ſe eſſe ſatyrū deum ſiluarū ſm̄ errore gentiliū. Poſtremo obuiauit ei lup⁹ qui eū ad cellā ſancti pauli pduxit. Paul⁹ aūt Antoniū pſentiēs oſtiū ſera clauſit. Antonius vo rogat vt ſibi aperiat aſſerēs ſe nunq̄ inde receſſurū: ſȝ ibi potius moriturū. Uictus paulus ei aperuit: ſtatimq̄ ambo in amplexus ruūt. Cūq̄ hora prandij adeſſet coruus duplicatā panis partē attulit. Cūq̄ de hoc Antoni⁹ miraret reſpōdit Paulus q̄ deus ſibi oī die taliter miniſtrabat: ⁊ prebendā ꝓpter hoſpitē duplicauerat. Pia lis orit q̄s magis dignus eēt panē diuidere. Defert Paul⁹ hoſpiti: ⁊ Antoni⁹ ſeniori. Tandē vterq̄ manū apponūt ⁊ in equas partes panē diuidunt. Cū aūt Antonius rediens iā celle ſue appropīquaret: vidit angelos aīaȝ Pauli deferētes: qui rediens velociter inuenit corpus pauli flexis genibus in modū orātis erectū: ita vt ipm̄ viuere eſtimaret. Sed cū ipm̄ mortuū didiciſſet ait. O ſctā aīa qd̄ gerebas in vita in morte mōſtraſti. Cū aūt non haberet vn̄ ſepulturā faceret ecce duo leones aduenerūt: ⁊ foueā parauerunt: ſepultoq̄ eo ad ſiluam redierunt. Antoni⁹ aūt tunicā pauli ex palmis cōtextā aſſumpſit: qua poſtmodū in ſolēnitatibus vtebatur. Obyt autem circa annum domini. cclxxvij.

¶ De ſancto Remigio. xvj B.

Remigius dicitur a remi qd̄ eſt paſcens et geos qd̄ eſt terra quaſi paſcens terrenos doctrina. Uel remigi⁹ dr̄ a remi qd̄ eſt paſtor ⁊ gyō qd̄ eſt luctatio quaſi paſtor ⁊ luctator. Pauit eīn gregē ſuū vbo ꝑdicationis: exēplo ꝯuerſatiōis: ſuffragio orationis. Eſt etiā triplex genus armorum. ſ. defenſionis vt ſcutum: pugnationis vt gladius munitionis vt lorica ſiue galea. Luctatus eſt igitur cōtra diabolū ſcuto fidei gladio vbo dei ⁊ galea ſpei. Eius vitā Ignarus remenſis archiepiſcopus ſcripſit. B.



Remigius doctor egregius ⁊ ꝯfeſſor dn̄i glorioſus a quodam eremita naſci taliter eſt ꝑuiſus. Cū enim vuādolorū pſecutio totā frāciā deuaſtaſſet qdā recluſus vir ſctūs q̄ lumen oculorū amiſerat ꝓ pace eccl'ie gallicane crebris orōnib⁹ dn̄m exorabat. Et ecce angelus dn̄i in viſu ei aſtitit atq̄ dixit. Scito q̄ mulier illa noīe Cilina filiū noīe Remigiū generabit: q̄ gentē ſuā a malorū incurſibus liberabit. Cūq̄ euigilaſſet ſtatim ad domū Ciline venit ⁊ qd̄ viderat enarrauit. Cūq̄ illa nō crederet eo q̄ anus iam eſſet. Illa rn̄dit. Scias q̄ cum puerū ablactaueris oculos meos de lacte tuo pervnges ⁊ cōtinuo mihi viſum reſtitues. Cūq̄ p ordinē hec oīa ꝯtigiſſent Remigi⁹ mūdū fugit ⁊ recluſoriuȝ intrauit. Creſcēte aūt ei⁹ fama cū eēt viginti

duoꝝ annoꝝ ab omni populo archiepũs remẽſis eſt electus. Tãte aũt mãſuetudinis fuit q etiã ad mẽſam eiꝰ paſſeres veniebant: ⁊ de manu eius reliquias ciboꝝ comedebãt. Quodã tpe cuꝫ in domo cuiuſdã matrone hoſpitatꝰ fuiſſet: ⁊ illa modicũ vini haberet Remigiꝰ celariũ introiuit ⁊ ſup doliuni crucẽ fecit. Cũqꝫ ibidẽ oraſſet mox deſup vinũ egreditur ita q ꝑ medium celarij fundebat: cũ autem Clodoueꝰ rex francie tũc tẽporis gẽtilis eſſet: nec ab vxore ſua chriſtianiſſima cõuerti poſſet: vidẽs q infinitus exercitus alemanorũ ſup ſe veniſſet dño deo quẽ vxor ſua colebat votum vouit q ſi de alemanis victoriã ſibi cõcederet mox xpi fidẽ reciperet. Quod cũ iuiſſet ad libitũ cõſecutus beatũ Remigiũ adijt ⁊ ſe baptizari popoſcit. Cũqꝫ ad fontẽ baptiſmatis aduenissent: nec ibidẽ ſacruꝫ chriſma haberent: ecce colũba quedã ampullã cum chriſmate in roſtro detulit de quo regẽ põtifex liniuit. Hec autẽ ampulla in remẽſi eccl'ia ꝯſeruatur: ⁊ inde vſqꝫ hodie reges francie inunguntur. ¶ Poſt longum tempus cum Genebaldus vir ꝓuidus neptẽ beati Remigij in vxorem haberet ⁊ ſe religionis cauſa mutuo abſoluiſſent predictũ Genebaldũ beatus Remigius laudunẽſi. epiſcopum ordinauit. At Genebaldus cum vxorẽ ſuã cã inſtruẽdi ad ſe ſepiꝰ veniret ꝑmitteret ex frequẽti colloquio animus eius in concupiſcentia inflãmatur / et vſqꝫ in peccatum ſecum prolabitur. Que cõcipiẽs et filiũ pariens hoc epõ intimauit: ⁊ ille confuſus ad eã remãdauit dicens. Quoniam puer de latrocinio acquiſitus eſt volo vt latro vocetur. Ne aũt ſuſpitio aliqua oriretur vxorem ſuã ſicut prius ad ſe venire permiſit. Verũtamen poſt primi peccati fletũ: ſecuꝫ iterũ ruit in pctm̃. Que cũ filiaꝫ peperiſſet: ⁊ hoc epiſcopo retuliſſet ille rñdit. Illã filiã vulpeculã nominare. Tandẽ ad ſe reuerſus beatum Remigiũ adijt: ⁊ ad pedes ſuos procidens ſtolã de collo ſuo deponere voluit. Quod cũ ſanctus Remigius ꝓhibuiſſet: ⁊ ab eo quid acciderit audiuiſſet / blãde eũ cõſolans ipſum in quadã cellula parua per ſeptem annos recluſit: ⁊ ipſe interim eccleſiam eius gubernauit. Septimo igitur anno cũ in cena domini in oratione perſiſteret: ⁊ angelus dñi eidẽ aſtitit: ⁊ peccatum ſuũ ſibi dimiſſum perhibuit: ac vt foras exire debeat imperauit. Cui cum reſpõdiſſet: nõ poſſum: qm̃ dñs meus Remigius oſtium hoc clauſit: et ſigillo ſuo muniuit. Angelus ait. Ecce vt ſcias tibi celũ apertum eſſe hoc etiam oſtium ſaluo ſigillo nũc aperitur. Statimqꝫ vt dixerat eſt apertum. Tunc Genebaldus iactans ſe in mediũ oſtij in modũ crucis ait. Etiam ſi dñs meus Jeſus xp̃s ad me veniret huc: hinc nõ egrediar niſi dñs meus Remigius huc veniat qui me recluſit. Tunc ſanctus Remigius ad monitionem angeli laudunũ venit / ⁊ ipſum in locũ ſuũ reſtituit. Qui vſqꝫ ad obitum ſuum in ſanctis operibus perſeuerauit: et latro filius eius in epiſcopatu eidem ſucceſſit: q etiaꝫ ſanctus fuit. Tandem ſanctus remigius multis claris virtutibus in pace quieuit circa annũ dñi quingẽteſimum. Eodem die celebratur natalis ſancti Hylarij pictauorum vrbis epiſcopi.

¶ De ſancto Hylario epiſcopo. xvij. A.

Hylarius dictus eſt quaſi hylaris q in ſeruitute dei valde hylaris fuit. Uel dr̃ hylarius quaſi alarius ab altus ⁊ arce virtus qꝛ fuit altꝰ in ſciẽtia ⁊ virtuoſus in vita. Uel hylariꝰ dr̃ ab yle qđ eſt quaſi primordialis materia que obſcura fuit: ⁊ ipſe in dictis ſuis hꝫ magnã obſcuritatẽ ⁊ profunditatẽ. B.



Hylarius pictauorũ vrbis epũs regionis exiſtãs oriũdus quaſi lucifer refulgẽs inter aſtra ꝓceſſit. Hic vxorẽ primitꝰ habẽs ⁊ filiã in laicali habitu monaſticã vitã ducebat. Tãdẽ in vita ⁊ ſciẽtia ꝓficiẽs in epm̃ eſt electus. Cuꝫ igitur btũs Hylariꝰ nõ ſolũ ciuitatẽ ſuã: ſed totã franciã ab hereticis defenſaret ad ſuggeſtionẽ duoꝝ epõꝝ qui ab hereſi fuerant deprauati ab impatore q hereticoꝝ fautor erat cũ beato euſebio vercellẽſi. epõ eſt in exiliũ relegatus. Denique cũ vbiqꝫ arriana hereſis pullularet ⁊ ab imperatore licẽtia data eſſet: vt oẽs epĩ cõuenirẽt ⁊ de veritate fidei diſputarẽt. Cuꝫ ſanctꝰ hylarius aduenisſet ad petitionẽ dictoꝝ epõꝝ qui eius eloquẽtiã ferre nõ poterant pictauiã redire cõpellitur. Cũ aũt ad inſulã gallinariã q̃ tota erat plena ſerpẽtibꝰ appropinquaſſet ⁊ in ipſaꝫ deſcẽdiſſet: oẽs ſerpentes ex ſuo viſu fugerũt ⁊ in medio inſule paxillũ fixit: nec ampliꝰ libertas data eſt illis occupare qđ vetuit tanq̃ pars inſule nõ ſit terra / ſed pelagus. Cũ ergo pictauis eſſet quedã infantẽ ſine baptiſmo defunctũ ſuis orationibꝰ ad vitã reſtituit. Nã tandiu iacuit in puluere donec pariter ſurgerent ſenex de oratione ⁊ infans de morte. Cũ aũt filia eius Apia maritũ vellet accipere: Hylarius pater eiꝰ ei ꝑdicauit: ⁊ in ſacre virginitatis ꝓpoſito ꝯfirmauit. Quã dũ ille firmã ꝯſiderãs ⁊ ne aliqñ flecteretur. Formidans dñm inſtãtius exorauit vt eã ad ſe reciperet / nec vltra viuere ꝑmitteret. Qđ ⁊ factũ eſt. Nã poſt paucos dies ad dñm migrauit quã ipſe ꝓprijs manibꝰ ſepeliuit. Qđ mater beate apie cõſiderãs epm̃ rogauit vt ſibi qđ ⁊ filie impetraret. Qđ ⁊ fecit ⁊ ipſam ſua oratiõe ſua ad regnũ premiſit. C. ¶ Eo tpe leo papa hereticoꝝ perfidia deprauatꝰ: oim̃ epõꝝ conciliũ cõuocauit. Quibꝰ cõuocatis Hylariꝰ nõ vocatꝰ aduenit. Qđ audiẽs papa ꝑcepit ne aliquis ſibi aſſurgeret / nec aliquẽ locũ daret: cũ ergo ingreſſus fuiſſet dixit ad eũ papa. Tu es hylariꝰ gallꝰ. Et ille. Nõ ſuꝫ gallꝰ: ſed de gallia i. nõ ſum in gallia natꝰ: ſꝫ de gallia epũs. Cui papa. Et ſi tu es hylariꝰ de gallia: ⁊ ego ſum leo romane ſedis apoſtolicus / ⁊ iudex. Cui hylariꝰ. Et ſi tu es leo nõ tñ de tribu iuda: ⁊ ſi ſic iudicãs reſides: ſꝫ nõ in ſede maieſtatis. Tunc papa cũ indignatione ſurrexit dicens. Modicũ preſtolare donec redeã: ⁊ tibi qđ mereris reddã. Cui hylarius. Si nõ redieris q̃s mihi pro te reſpõſurus erit. Et ille. cõcitꝰ redibo ⁊ tuã ſupbiã humiliabo. Cũ ergo papa ad ſecreta ſue nature iuiſſet diſſinteria perijt ⁊ oĩa inteſtina ibidem ꝓijciens miſerabiliter vitam finiuit. Interea vidẽs hylariꝰ q nullus ſibi aſſurgeret patiẽter ferẽs in terrã ſe poſuit dicens. Dñi eſt terra. Statimqꝫ nutu dei terra quã inſederat ſurſum ſe expulit ⁊ vſqꝫ ad equalitatem aliorum epõꝝ ſe leuauit. Cũ igitur papa miſerabiliter nunciaretur defunctꝰ: aſſurgẽs hylariꝰ oẽs epõs ĩ fide catholica ꝯfirmauit: ⁊ confirmatos ad propria remiſit. Hoc aũt miraculuꝫ de morte leonis pape dubitationẽ habet: tũ quia hiſtoria eccleſiaſtica vel tripartita nihil de hoc loquitur: tum quia aliquem papam talis noĩs tũc fuiſſe chronicon teſtatur: tum qꝛ Hieronymus dicit quod ſancta romana eccleſia ſemper immaculata permãſit: ⁊ ĩ futuro manebit ſine vlla hereticorũ inſultatiõe. Poſſet tamẽ dici q tũc erat aliquis papa ſic vocatus nõ quidem canonice electꝰ: ſed tyrãnice intruſus. Uel forte liberius papa qui Conſtantino heretico fauebat alio

nomine dictꝰ eſt leo. Tandē multis miraculis ꝑpetratis cū beatus hylarius infirmatus obitū ſuū imminere recognoſceret: leontiū preſbyterū quē maxime diligebat ad ſe vocauit ⁊ nocte imminēte vt foras exeat admonuit: ⁊ ſi quid audiret vt renunciet imperauit. Ille iuſſa cōplens voces adhuc ciuitatis tumultuantis ſe audiſſe reuertens expoſuit: ⁊ cum circa eum vigilaret finē eius expectans media nocte iterū iubetur exire: ⁊ quid audiret iacēti referret. Qui cū ſe nihil audiſſe renūciaſſet mox nimia claritas quā etiā ꝑdictꝰ preſbyter ſufferre nō poterat ad eum intrauit: ⁊ ſic paulatim recedēte lumine ad dñm migrauit. Floruit autē circa annū dñi. cccxl. ſub Cōſtātino. Feſtū huiꝰ ſancti eſt in octaua epiphanie. Cū duo mercatores maſſam cere cōiter haberēt ⁊ vnus altero renitēte eā ad altare ſancti Hilarij obtuliſſet ſtatim per medium diuiſa pars vna ſibi remanſit: reliqua retinenti deuenit.

¶ De ſancto Machario. xviij. A.

Macharius dr̄ a macha ꝙ eſt ingeniū ⁊ ares virtus. Uel dr̄ a macha ꝙ ē ꝑcuſſio ⁊ reo magiſter: fuit enim ingenioſus cōtra demonis fallaciam virtuoſus quantum ad vitā percuſſor in domatione corporis: magiſter in regimine prelationis. Uel macharius. i. beatus. B.



Macharius abbas deſcendit ꝑ vaſtitatem deſerti ⁊ intrauit dormire in monumento vbi ſepulta erāt corpa paganorū ⁊ extraxit vnū corpꝰ ſub caput ſuū tanꝗ̄ plumaciū. Demones aūt volētes eū terrere vocabāt q̄ſi vnā mulierē dicētes. Surge veni nobiſcū ad balneū. Et alter demō ſub ipſo tanꝗ̄ ex mortuo illo dicebat. Peregrinū quendā habeo ſuꝑ me nō poſſum venire. Ille autē nō expauit ſed tūdebat corpꝰ illud dicēs. Surge ⁊ vade ſi potes. Et audientes demones fugerunt voce magna clamātes. Uiciſti nos dñe. Dum aliqñ abbas macharius a palude ad cellā ſuā pteriret occurrit ei diabolus cū falce meſſoria: ⁊ volēs eū cū falce ꝑcutere nō potuit. Et dixit ei. Multā violētiā patior a te machari: q2 nō poſſum preualere aduerſuꝫ te. Ecce eñ ꝗcq̄d tu facis ⁊ ego facio. Ieiunas tu ⁊ ago penitꝰ nō comedo. Uigilas tu ⁊ ego oīno nō dormio. Unū eſt ſolūmodo ī quo me ſuꝑas. Et dicit abbas qd̄ eſt illd̄. Cui ille. Humilitas tua ꝑ quā nō preualeo aduerſum te. Dū tētationes ipſum nimiū moleſtarent: ſurgens ⁊ magnū ſaccum arene humeris ſuis imponēs diebꝰ multis ſic per deſertum ibat. Quem theoſebius inueniēs dixit. Abbas cur tantum onus portas. et ille. Uexo vexantem me. Abbas macharius vidit ſathanā tranſeuntē in habitu hoīs ⁊ habētem veſtimentū lineum laceratum ⁊ ꝑ oīa foramina dependebāt ampulle: ⁊ dixit ei. Quo vadis? Cui ille vado potionare fratres. Cui macharīꝰ. Quare tot ampullas portas? Reſpōdit. Guſtū fratribꝰ porto. ⁊ ſi vnū alicui nō placebit offerā aliud vel tertium ⁊ ſic ꝑ ordinē vt aliquod placeat. Et cū rediret dixit ei macharius. Quid feciſti? Reſpōdit. Omnes ſanctificati ſunt ⁊ nemo mihi acquieuit: niſi vnus qui vocaꝫ theoſticus. Surgens autē macharius illuc iuit ⁊ fratrē tentatū inueniens ſua cum exhortatione cōuertit. Poſt hec iterum eum macharius inueniēs dixit. Quo vadis? Cui ille. Ad fratres vado. Reuertēti occurrit ſenex ⁊ dixit qd̄ faciūt fratres illi. Cui diabolus. Male. Et dixit. Quare: q2 oēs ſancti ſunt: ⁊ qd̄ eſt malius malū vnū quē habebā amiſi ⁊ oībꝰ ſanctior factus eſt. Audiēs hoc ſenex grās egit deo. Quodā die macharīꝰ caput defuncti reperit: ⁊ dū oraſſet interrogauit illud cuius caput fuerit. Et rñdit ſe fuiſſe paganū. Et dixit ei macharīꝰ. Ubi eſt aīa tua? Rñdit. In inferno. Cūq; requireret ſi multū in ꝓfundo eſſet: rñdit ꝙ tantū in ꝓfundo erat quātū diſtaret terra a celo. Cui macharīꝰ. Sunt ne aliqui te ꝓfundiores. Rñdit etiā iudei. Cui iterū ille. Et vltra iudeos ſunt ne aliq̄ ꝓfūdiores. Cui ille. Profundiores oībꝰ ſunt falſi xp̄iani q̄ xp̄i ſanguine redēpti tm̄ ꝑtiū paruipēderūt. C. ¶ Dū ꝑ quādā ſolitudinē ꝓfundiſſimā ꝑgeret ad q̄dlibet miliare arundinē figebat vt poſtmodū redire ſciret. Sed dū iā nouē dietas feciſſet ⁊ in quodā loco q̄eſceret: diabolꝰ oēs arundines collegit: ⁊ ad caput eiꝰ poſuit. Unū ad redeundū plurimū laborauit. Frater q̄dā plurimū cogitationibꝰ ſuis moleſtabaꝫ ꝙ. ſ. in cella ſua inutilr eſſet: ſꝫ ſi inter hoīes habitaret multis ꝓdeſſe poſſet. Qui cū cogitatiōes ſuas machario retuliſſet: ille ait. Fili ſic illis rñde. Hoc ſaltē facio: q2 ꝓpter xp̄ꝫ parietes iſtiꝰ celle cuſtodio. Dū quēdā culicē ſe pūgētē manu occidiſſet: ⁊ multū d̄ illo ſanguinis emanaſſet rephēdēs ſe ꝙ ꝓpriā vīdicaſſet iniuriā itudꝰ ſex mēſibꝰ in deſerto māſit ⁊ inde a ſcabronibꝰ totꝰ laceratꝰ exiuit. Poſt hoc multis claris virtutibus in pace quieuit.

¶ De ſancto Felice in pincis. xix. A.



Felix pre noīe in pincis dr̄: vel a loco ī quo requieſcit vel a ſubulis q̄bus paſſus ꝓhibeꝫ. Nā punca ſubula dr̄. Aiunt eñ ꝙ cū magiſter puerorꝫ extiterit: ⁊ eis nimiū rigidus fuerit: tētus a paganis cū xp̄m libere cōfiterē tradidꝰ fuit in manibꝰ puerorꝫ quos ipſe docuerat: q̄ eum cū ſtellis ⁊ ſubulis occiderūt. Eccl̄ia tm̄ tenere videꝫ ꝙ nō martyr extitit ſꝫ ꝯfeſſor. Hic ad q̄dcūq; idolū ducebaꝫ vt ei ſacrificaret ī illud exſufflabat ⁊ ꝯtinuo corruebat. Legiꝫ aūt in quadā alia legēda ꝙ dū maximꝰ nolanꝰ ep̄s ꝑſecutionē fugiēs: fame ⁊ gelu afflictꝰ ſolo corruiſſet felix ab angelo ad eū mittiꝫ ⁊ cū nihil ibi ſibi hēret: d̄ ſente ꝓxima pēdētē vidit racemū: de q̄ in os eiꝰ expꝛſſit vinū humeriſq; impoſitū ſecū detulit. Ipo igiꝫ defuncto felix in ep̄m eligiꝫ. Qui poſtꝗ̄ ꝑdicaret ⁊ ꝑſecutor eū q̄reret inter ꝑietes dirutos ꝑ modicū additū ſe occultauit. Statimq; nutu dei ꝑ aditū illū telas aranee texuerūt: quas dū ꝑſecutores cōſpicerūt neminē illic eſſe putātes abſceduūt. Inde aūt ad aliū locū ſctūs felix ꝑgēs a quadā vidua ꝑ tres mēſes alimēta ſuſcepit: nūꝗ̄ tñ faciē eiꝰ vidit: Tādē pace reddita ad eccl̄iā ſuā rediit ⁊ ibi in pace requieuit ſepultꝰ iuxta vrbē ī loco q̄ dr̄ pincis. Huic ⁊ aliꝰ erat frater q̄ felix ſilr̄ dicebaꝫ. Cūq; etiā ipe idola adorare cogereꝫ dixit inimici eſtis deorꝫ veſtrorū: q2 ſi me ad illos duxeritis: ī eos ſicut frater meꝰ exſufflabo ⁊ corruēt. B. ¶ Excolebat aūt ſctūs felix ortū: q̄dā v̄o olera eius rape cupiētes: dū furtū ſe facere cogitabāt: tota nocte ortū diligētiꝰ excolebāt. Mane aūt a ſctō felice ſalutati petiū ſuū ꝯfitētes ad ꝓpria redierūt. Uenientes aūt gētiles vt ſctm̄ felicē tenerēt manꝰ eorꝫ dolor nimis apphēdit: q̄ cū vlularēt dixit eis. Dicite xp̄s ē deꝰ: ⁊ dolor ꝯtinuo vos dimittet: q̄bus dicētibꝰ ſanati ſunt. Pōtifex idolorꝫ ad eū venit dicens. Dñe ecce deus meus vt te venientē vidit: cōtinuo fugam arripuit. Cui cū dicerē quare fugis: ait virtutem huiꝰ felicis ferre nō poſſuꝫ. Si ergo deꝰ meus ita te ti=

met quãtomagis ego timere te debeo. Quē cum felix in fide inſtruxiſſet baptizari ſe fecit. Adorãtibus apollinē dixit felix. Si vere deus apollo eſt dicat mihi qđ eſt quod in manu nūc clauſum teneo. Habebat aūt in manu cedulam in qua oratio dñica erat ſcripta. Quo nihil rñdente gentiles cōuerſi ſunt. Tandē miſſa celebrata ⁊ populo data pace in pauimentū in oratione ſe proijciens migrauit ad dominum.

¶ De ſancto Marcello. xx. A.

Marcellus dict⁹ eſt quaſi arcens malū: a ſe: vel đr Marcellus quaſi maria pcellens. i. mūdanas aduerſitates pcutiens ⁊ cōculcans. Aſſimilaꝶ em̄ mūdus mari. qꝛ ſicut dixit Chryſo. ſup mat. In mari ē ſon⁹ cōfuſus: timor cōtinu⁹: imago mortis: vndarū cōtentio infatigabilis: incōſtātia iugis. B.



Marcellus cū rome ſumm⁹ pōtifex eſſet: ⁊ Maximianū imperatorem de nimia in Chriſtianos ſeuitia icreparet ⁊ i quadā domo cuiuſdā matrone in eccłiā ꝯſecrata miſſaꝫ legeret irat⁹ imperator domū illā fecit ſtabulū iumētorū: ⁊ eundū marcellū ibidē ad ſeruitiū cum cuſtodia animalium deputauit. In quo ſeruitio poſt multos annos in dñō requieuit circa annos dñi. cclxxxvij.

¶ De ſancto Antonio. xxj. A.

Antonius đr ab ana qđ eſt ſurſuꝫ ⁊ tenens quaſi ſupna tenēs ⁊ mūdana deſpiciens: deſpexit aūt mundū: qꝛ immūd⁹ inqetus: trāſitori⁹: deceptiuus ⁊ amarus. de his dicit Hug. o munde inmunde qđ pſtrepis: quid aduertere nos conaris: tenere nos vis fugiens: qđ faceres ſi maneres: quē nō deciperes dulcis q̄ amarus dulcia alimenta mentiris. Eius vitā Anaſtaſius ſcripſit. B.



Antonius cū. xx. eſſet annorum ⁊ audiret legi in eccłia. Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vende oīa q̄ habes ⁊ da pauperib⁹ oīa ſua vēdens pauperibus erogauit ⁊ eremiticā vitā duxit. Hic innumerabilia demonū tentamēta ſuſtinuit. Quadā vice dum ſpm̄ fornicatiōis virtute dei ſuperaſſet diabolus in ſpecie pueri nigri añ eū proſtratus apparuit: ⁊ ſe ab eo victū cōfeſſus eſt. Nā ⁊ hoc pcibus impetrauit vt videret fornicationis demonē iuuenibus inſidiantem. Quē cū in pdicta forma vidiſſet dixit. Uiliſſima mihi apparuiſti ſpecie ideo vltra nō timebo. Alia vice dū i quodā tumulo latitaret multitudo demonū eū adeo lacerauit ꝙ miniſter eius quaſi mortuū eū ꝓprijs humeris aſporteret: cunq̧ eū oēs q̄ cōuenerant quaſi mortuū ploraſſent dolentibus cūctis ſubito antonius reuiuiſcit ⁊ a miniſtro ad pdictū tumulū ſe iterū portari fecit. Qui cū ibi ex dolore vulnerū pſtratus iaceret virtute animi ad conflictū demones excitabat. Tūc illi i formis varijs ferarū apparuerunt: ⁊ eū iterum dentibus cornibus ⁊ vnguibus crudeliſſime lacerauerunt. Tūc ſubito ſplendor mirabilis ibi apparuerit ⁊ demones cūctos fugauit. Antoni⁹ aūt cōtinuo ſanat⁹ ē ibi ꝙ xpꝫ adeſſe intelligēs ait: vbi eras bone Ieſu vbi eras: quare a principio nō fuiſti hic vt me adiuuares ⁊ vulnera mea ſanares. Cui dñs: antoni hic eram: ſed expectabā videre certamē tuū. Nūc aūt qꝛ viriliter dimicaſti i toto orbe faciā te nominari. Tāti aūt feruoris erat ꝙ cū maximian⁹ imperator xpianos occideret: ipſe martyres ſeqbaꝶ: vt cū eis martyr fieri mereret ⁊ vehemēter triſtabaꝶ: eo ꝙ ſibi martyriū nō daretur. C. ¶ Cum aūt in alterā eremū pgeret argenteū diſcū reperit: et intra ſe ſic dicere cepit. Unū hic argenteus diſc⁹ vt hominū veſtigia nulla videnꝶ. Si em̄ viatori cecidiſſet vtiq̧ pre ſui magnitudine latere nō poſſet. Hoc diabole artificiū tuū eſt: volūtatē tñ meā nūq̄ poteris immutare. Et hoc dicēs diſcus vt fumus euauit. Poſtmodū ingentē maſſam veri auri reperit: ſed vt incēdiū aurū fugit. Sicq̧ ad montē fugiens. xx. annis ibi pmāſit innumeris coruſcās miraculis. Quadā vice dū in ſpu rapt⁹ eſſet totū mūdū laqueis ſe inuicē cōnectentibus plenū vidit: qui exclamans ait. O quis iſtos euadet laqueos. Et audiuit: Humilitas. Aliqñ dū ab angelis in aere eleuareꝶ aſſunt demones ⁊ eius tranſitū phibēt peccata ei⁹ ab exordio natiuitatis eius obijcientes. Quib⁹ angeli nō debetis illa narrare q̄ chriſti iā pietate ſunt deleta. Si q̄ ſcitis ex q̄ aūt fact⁹ eſt monachus illa pferte. Et cum in probatione deficerent liber antoni⁹ i ſublime tolliꝶ ⁊ liber deponiꝶ. D. ¶ Narrat antonius de ſe dicēs. Uidi aliqñ diabolum celſum corpore qui ſe dei virtutē ⁊ puidētiā auſus eſt dicere: ⁊ ait. Quid vis vt a me tibi deꝶ Antoni. At ego ſputa i os eius cōgeminans totū me in cū xpi noīe armat⁹ ingeſſi: ⁊ ſtatim euanuit. Huic diabolus aliqñ in tanta pceritate apparuit ꝙ celū capite tangere vēdereꝶ. Quē cū anto. qs eſſet interrogaſſet ⁊ ipſe ſe ſathanā eſſe dixiſſet addidit ſathanas. Cur me ſic impugnant monachi ⁊ maledicūt xpiani. Cui antonius iuſte hoc faciūt: qꝛ tuis ſepe inſidijs moleſtanꝶ. Et ille. Ego nequaq̄ moleſto: ſꝫ ipſi inuicē ſe ꝯturbāt. Ego em̄ ad nihiluꝫ ſum redactus: qꝛ iā in cūctis partib⁹ regnat xpe. Quidā ſagittarius beatū Antoniū gaudētē cū fratribus quadā vice cōſpexit ⁊ is diſplicuit. Cui anto. Pone ſagittā in arcū et trahe qđ fecit. Cunq̧ ſcđo ⁊ tertio hoc fieri mandaſſet dixit ſagittarius. Tm̄ trahere potero ꝙ de ei⁹ fractione dolebo. Cui anto. Sic eſt in ope dei qm̄ ſi ſupra mēſurā tēdere vellemus citius frāgeremur. Expedit ergo rigorē aliqñ relaxari. Hoc audiens ille edificatus receſſit. E. ¶ Interrogauit quidā anto. dicens quid cuſtodiens placebo deo. Et rñdens dixit. Quocūq̧ vadis ſemp deū pre oculis tuis habeas. In his que agis teſtimonium ſacrarū ſcripturarū adhibeas. In quocūq̧ loco ſederis non inde cito recedas. Hec tria cuſtodi ⁊ ſalus eris. Abbas quidam interrogauit antoniū dicēs. Quid faciā. Cui antonius. Nō cōfidas in tua iuſtitia: vētris ⁊ lingue ſit tibi cōtinentia ⁊ ne peniteaťis de re trāſacta. Dixit iterū antoni⁹. Sicut piſces ſi in ſicco tardauerint moriunꝶ: ita ⁊ monachi extra cellā tardātes: aut cū viris ſecularibus immorantes a quietis ꝓpoſito reſoluunꝶ. Iterū dixit antonius: qui ſedet in ſolitudine ⁊ quieſcit a tribus bellis eripitur. ſ. auditus locutionis ⁊ viſus ⁊ cōtra vnuꝫ tm̄modo pugnā habebit. ſ. cordis. F. ¶ Quidā fratres cū quodā ſene ad abbatē antoniū viſitandū iuerūt. Dixitq̧ antonius fratrib⁹. Bonū comitē habuiſtis ſenē hūc. Deinde dixit ſeni. Bonos fratres inueniſti tecū. abbas. Cui ille. Bonos quidā inueni: ſed habitatio eorū nō habet ianuā. Quicūq̧ em̄ vult intrat in ſtabulū ⁊ ſoluit aſinū: hoc aūt dicebat qm̄ oīa que erat in corde eorū ſtatim erat in ore. Dixit abbas antoni⁹. Scire côuenit qm̄ ſunt tres motus corporales: vnus quideꝫ

nature:alius ex cibox plenitudine:tertiꝰ ex demone. Frater quidā renūciauerat ſeculo:ſꝫ nō plene:qꝛ quedā adhuc ſibi retinebat. Cui antoniꝰ vade et eme carnes:q̄ vadēs emit carnes ⁊ portās eas dū veniret lacerabant eū canes. Cui antonius. Qui renūciāt ſeculo ⁊ volūt habere pecunias ita impugnati a demonibꝰ diſcerpitur. Antonius dū in eremo tedio afficeretur dixit: dñe volo ſaluus fieri ⁊ nō permittunt me cogitationes mee:⁊ ſurgēs exiuit foras ⁊ vidit quēdā ſedētē atq; operātē:⁊ deinde ſurgētē ⁊ orantē erat aūt angelus dñi ⁊ dixit ei. Sic fac ⁊ ſaluus eris. Cū quadā vice fratres de ſtatu aīarū ab antonio queſiſſent ſequenti nocte vox vocauit eū dicēs. Surge exi ⁊ vide:⁊ ecce vidit quēdam longum ⁊ terribilem caput vſq; ad nubes tollentē. Qui quoſdā pēnatos ad celū volare cupientes extēſis manibꝰ ꝓhibebat:⁊ alios libere peruolantes retinere nō poterat ⁊ maximū gaudiū mixtū cum nimio dolore audiebat ⁊ intellexit aīarū illū eē aſcēſū ⁊ diabolū ꝓhibentē: qui quaſdā obnoxias retineret:⁊ de ſctōrū volatu quos retinere nō poterat ſic doleret. Aliqñ dū cum fratribꝰ operaret antoniꝰ ſuſcipiens in celū cū triſtē viſionē vidiſſet ꝓuolutꝰ ante deū rogauit vt futurū ſcelus auerteret. Fratribꝰ vero ſup hoc cum interrogātibus cū lachrymis ⁊ ſingultibꝰ dixit ꝙ iam dirū ſcelus ſeculis immineret. Vidi inquit altare dei a multitudine equox circūdatū q̄ calcibꝰ oīa diſcerpebāt. Magno em̄ turbine fides catholica ſubuertet:et hoīes iumētis ſilēs xp̄i ſacramēta diripient. Factaq; eſt vox dñi dicens. Abominabunt altare meum. Poſt duos aūt annos erūpētibus arrianis ecclīe vnitatem ſciderūt baptiſteriū ⁊ eccleſias polluerunt:⁊ ſup altaria xp̄ianos inſtar ouiū mactauerūt. G. ¶ Dux q̄dam egypti arrianus noīe ballachius cū ita eccleſiam dei infeſtaret:⁊ vgines ⁊ monachos nudatos publice verberaret:⁊ ſic ei ſcripſit antonius. Video irā dei ſup te venientē. Jā deſine pſequi xp̄ianos ne ira dei te occupet: que ꝓximum tibi minat interitum. Infelix legit epiſtolā ⁊ irriſit ⁊ in eā expuēs ad terrā ꝓiecit ac portitores vberibus multis afficiēs antonio talia remādauit. Qm̄ tibi eſt tāta cura de monachis ad te quoq; perueniet nſi diſciplina rigoris. Poſt q̄nq; aūtē dies equū ſuū māſuetiſſimū inſidens morſu ipſius equi ad terrā ꝓiicit ⁊ corroſis atq; laceratis cruribꝰ infra triduū expirauit. Cū q̄dam fratres vbū ſalutis ab antonio q̄ſiuiſſent: ait ille: audiſtis dñm dicētē. Si quis te ꝑcuſſerit in vnā maxillā prebe ei alterā. Dicūt ei. Hoc implere nō poſſumus. Et ille. Saltē de vna patienter ferre. Et illi. Nec etiā hoc poſſemꝰ. Quibꝰ antonius. Saltē ne velitis ꝑcutere magis ꝙ ꝑcuti. Et illi. Nec hoc poſſemus. Tūc antonius dixit diſcipulo ſuo. Succos prepara fratribus iſtis qꝛ nimis delicati ſunt: ſola oratio neceſſaria eſt vobis. Hec in vitiſpatrū legunt. Tādē btūs antoniꝰ .cv. āno vite ſue frēs deoſculās in pace q̄euit ſub conſtantino qui cepit circa annum dñi .cccxl.



¶ De ſancto Fabiano. xxij. A.

currens in oſcula pauli ruit ⁊ ambo plurimū fleuerūt. Paul⁹ autē occulte rediēs theophilo dixit. O bone theophile magna eſt gloria tua et curialitas tua honeſtatis amica. Dehoneſtat multa bona exiguū malū. Reminiſcere quid feciſti illi dei cole ꝗ dr̄ petrus velut eſſe aliqd magnū. Pānoſus deformis macie ɔſumpt⁹ poīa vileſcit ſolo ſermone clareſcit ⁊ talem te decet in carcerē ponere. Qui potius ſi libertate ſolita frueret̃ poſſet tibi in aliquo vtilior eſſe. Nā ſicut de illo hoīes qdā aiūt. Infirmos ſanat: mortuos ſuſcitat. Cui theophilus. Fabuloſa ſunt iſta paule que dicis qꝛ ſi mortuos ſuſcitare poſſet: ſeipſuꝫ de carcere liberaret. Cui paulus. Sicut xp̄s ſuus a mortuis reſurrexit vt dicūt quī tñ de cruce deſcēdere noluit: ſic petrus vt aiūt hoc exēplo ſe nō liberat ⁊ pati ꝓ xp̄o nō formidat. Cui theophilus. Dic ergo ei vt filiū meū iā p. xiiij. ānos mortuū reſuſcitet: ⁊ icolumē eū reddā ⁊ liberū. Ingrediēs igit̃ paul⁹ dixit quō reſuſcitationē filij principis ſpopōdiſſet. Cui petrus. Rē grādē paule promiſiſti: ſed dn̄i virtute faciliimā. Sed cū petrus eductus de carcere momēto a xp̄o ꝓ eo oraſſet: cōtinuo reſurrexit. Sꝫ pene poīa viſſe nō v̄r: vt aut paulus hūana aſtutia ſe talia fabellia ſcire cōponere fingeret: aut vt ſnīa iuuenis p xiiij. annos ſuſpenſa fuiſſet. Tūc theophilus ⁊ vniuerſus pplo̅s antiochie ⁊ alij ꝙ plures dn̄o crediderunt et glorioſaꝫ eccleſiā fabricauerūt. In cui⁹ medio excelſaꝫ cathedrā collocauerūt vt petrū ab oībus videri ⁊ audiri poſſet exaltauerūt. In quā ſ. ptē annis ſedit: ſꝫ poſtmodū veniēs Romā in Romana cathedra ſedit. xxv. annis. De primo tñ honore eccl̄ia celebrat: qꝛ tūc p̄lati eccl̄ie ceperūt loco p̄tāte ⁊ noīe ſublimari. Tunc ergo ipletū eſt illud qd̄ legit̃ in pſ. Exaltēt eū in eccleſia ⁊c. Et notādū ꝙ triplex eſt eccleſia in qua bis ſ. Petrus fuit exaltat⁹. ſ. eccl̄ia militātiū malignātiū ⁊ triūphantiū. In hāc triplicē eccleſiā exaltat⁹ eſt ſm̄ triplicē feſtiuitatē quā de ipſo eccl̄ia celebrat. Eſt eīn exaltat⁹ in eccl̄ia militātiū eidē p̄ſidēdo ⁊ eā in animo ⁊ fide ⁊ morib⁹ laudabiliter regēdo: ⁊ hoc quantū ad ſolēnitatē hodiernā q̄ dr̄: cathedra: qꝛ tunc ſup anthiochenā eccleſiā pōtificatū accepit: ⁊ eā. vij. annis laudabiliter rexit. Scd̄o eſt exaltatus in eccleſia malignātiū: ipſaꝫ. ſ. diſſipādo ⁊ eā ad fidē ɔuertēdo: ⁊ hoc ptinet ad ſecundā feſtiuitatē que dicitur ad vincula. Tūc eīn malignantiū eccleſiā diſſipauit: ⁊ multos ad fidē ɔuertit. Tertio eſt exaltat⁹ in eccleſia triumphātiū in ipſaꝫ feliciter introeūdo: ⁊ hoc quātū ad tertiam ſolēnitatem que eſt paſſionis eius: quia tūc eccleſiā triumphātiū introiuit. E. ¶ Notādū etiā ꝙ pluribus alijs rōnibus eccleſia ter i anno de eo feſtiuitatē facit: ſcꝫ ꝓpter priuilegiū: ꝓpter officium: ꝓpter beneficium ꝓpter debitū: ⁊ ꝓpter exēpliū. Propter priuilegiū qm̄ bis ſ. petr⁹ ab alijs apl̄is i trib⁹ fuit priuilegiat⁹ ꝓpter q̄ tria priuilegia eccleſia ter in anno eum honorat. Fuit eīn pre ceteris dignior in autoritate: qm̄ princeps apoſtolorū extitit: ⁊ claues regni celoꝝ accepit. Feruētior i amore: cum maiore enim feruore chriſtū dilexit ꝙ ceteri: ſicut in multis locis euangelij manifeſtat̃ ⁊ efficacior in virtute. Nam ad vmbram petri: (vt legit̃ in actibus) ſanabantur infirmi. Secūdo ꝓpter officiū. Ipſe eīn officium p̄lationis ſup vniuerſam eccleſiam habuit: ⁊ iō ſicut petrus fuit princeps ⁊ p̄latus totius eccleſie q̄ diffuſa eſt in tribus partibus mundi. ſ. aſia: aphrica: ⁊ europa: ita eccleſia ter in anno celebrat feſtū ei⁹. Tertio ꝓpter bn̄ficiū: qꝛ ipſe qui poteſtatē accepit ligandi atq̧ ſoluendi liberat nos a tribus generibus peccatorū. ſ. cogitationis: locutionis: ⁊ operationis vel ꝙ in deū: ꝙ in ꝓximuꝫ: ꝙ in nos peccauimus. Vel iſtud beneficiū pōt eſſe triplex bn̄ficiū aliud qd̄ virtute clauiū petōr in eccl̄ia ɔſequit̃. Primū eſt abſolutionis a reatu oſtēſio. Scd̄m eſt pene ſempiternalis in tp̄alē commutatio. Tertiū pene tp̄alis ſm̄ partē relaxatio. Et ꝓpter hoc triplex bn̄ficiū ſctūs petr⁹ tripliciter eſt honorādus. Quartū ꝓpter debitum qꝛ eīn ipſe tripl̄r pauit ⁊ paſcit nos. ſ. verbo: exēplo ⁊ tp̄ali ſubſidio: ſiue orōnis ſuffragio: iō obligamur vt ipm̄ tripl̄r honoremus. Quintū ꝓpter exēpliū vt nullus petōr deſperet etiā ſi tertio ſicut petrus deū negauerit ſi tñ eū ſicut ipſe velit corde: ore ⁊ ope cōfiteri. D. ¶ Scd̄a cauſa inſtitutionis ē hec que qdē de itinerariō clemētis eſt ſumpta. Cū eīn petrus vbū dei p̄dicās antiochiam appropinquaret oēs de ciuitate illa ei obuiauerūt nudis pedibus pergentes cilicijs ſe induentes et caput puluere aſpergētes agētes pniam qd̄ cōtra eum ſimoni mago ɔſenſiſſent: petr⁹ vō eoꝝ pniam videns grās deo egit. Tūc illi obtulerūt ei oēs vexatos lāguorib⁹ ⁊ demonibus fatigatos. Quos cū petr⁹ ante ſe poni iuſſiſſet ⁊ ſuper eos nomē dn̄i inuocaſſet imenſum lumē ibidē apparuit ⁊ oēs ꝓtinus ſunt ſanati currētes ⁊ oſculātes veſtigia ſancti petri. Tūc intra ſeptē dies pluſꝙ decē milia hoīm baptiſma ſuſceperūt: ita vt theophil⁹ princeps ciuitatis illius domū ſuā in baſilicā fecerit cōſecrari: ⁊ ibidē petro excelſam cathedrā collocari: vt ab oībus videret̃ ⁊ audiret̃. Nec iſtud ɔ̄riū eſt his que ſuperius dicta ſunt. Potuit eīn fieri ꝙ petrus per operationem pauli a theophilo et toto populo magnifice ſit ſuſceptus. Sed recedēte petro ſimon magus populum peruertit: ⁊ cōtra petrū grauiter incitauit. Poſtmodū vō pniaꝫ agens iterū honorabiliter eſt receptus. Hoc aūt feſtū de cathedratione beati petri conſueuit appellari feſtū epularū beati petri: ⁊ hinc tertia ſumitur ratio inſtitutionis huius feſti: cōſuetudo eīn fuit antiquitus gentiliū (vt ait magiſter Joānes beleth) ſingulis annis in menſe februario certo die epulas offerre ſup tumulos parentum ſuoꝝ: ⁊ eas de nocte demones cōſumebant. Ipſi aut ē ab aīab⁹ circa tumulos errātibus quas vmbras vocabāt vaſtari putabāt. Solebant eīn antiqui dicere vt idē ait ꝙ qñ in humanis corpibus ſunt dicunt̃ aīe: in infernis manes. ſpūs vō vocabant qñ ad celos aſcēdebāt vmbras qñ recens erat ſepultura: ſiue qñ circa tumulos errabāt. Hec aūt conſuetudo de ipſis epulis vix a xp̄ianis potuit extirpari. Quod ſancti p̄res attēdentes ⁊ hoc penitus extirpare volētes feſtū de incathedratione beati petri: tā de illa q̄ fuit rome: tā de ille q̄ fuit antiochie ſtatuerunt illo. ſ. eodem die quo talia fiebāt. Unde ab illis epulis adhuc ab aliquib⁹ feſtū beati petri epulaꝝ vocat̃. Quarto inſtituta eſt propter reuerentiaꝫ corone clericalis. Notādum eīn ꝙ iuxta aliquorum traditionem corona clericorū hic p̄io ſumpſit initiū. Nā dn̄s petr⁹ ātiochie p̄dicaret in ɔtumeliā noīs xp̄iani ſummitatē ei⁹ capitis abraſerūt. Qd̄ quidē poſtmodū toti clero traditur in honorē ꝙ ꝓ Chriſto apl̄orū principi in cōtumeliaꝫ fuerat irrogatuꝫ. Circa aūt ipām coronā clericoꝝ tria attēdunt̃. ſ. capitis abraſio: capilloꝝ detrūcatio: ⁊ forme circulatio. Abraſio aūt in ſuperiori pte capitis fit triplici rōne: qꝛ ū duas aſſignat dionyſi⁹ i eccl̄iaſtica hierarchia dicēs. Detōſio capilloꝝ ſignat mūdā ⁊ nō formabilē vitā. Ad capilloꝝ eī detōſionē ſiue capitis abraſionē tria ſequūtur. ſ. mūditie ɔſeruatio: [illegible] ⁊ denudatio. Mūditie cōſeruatio: quia e[illegible]

deſi ĩ capite aggregãt. Deformatio: q͛ capilli ad orna-
tũ ſũt. ſignificat & tõſura mũdã ⁊ non formabilẽ vitã:
hoc ẽ qđ clerici debẽt habere mũdiciã mẽtis interi⁹: ⁊
nõ formabilẽ. i. nõ exq̃ſitũ habitũ exteri⁹. Denudatio
aũt ſignificat ꝙ iter ſe ⁊ deũ nihil dꝫ eſſe mediũ: ſꝫ ĩme
diate debẽt deo vniri ⁊ eleuata facie dñi gl'iaꝫ ſpecula
ri. Capilloꝝ detrũcatio fit vt ex hoc deꝛ itelligi ꝙ cleri
ci oẽs cogitatiões ſupfluas a mẽte ſua debẽt abſcide-
re ⁊ ad verbũ dei ſemꝑ audiẽdũ paratũ ⁊ expeditũ hẽre: et
oĩa tꝑalia ꝑter ꝙ ad neceſſitatẽ a ſe penit⁹ remouere.
Fit aũt circularis figura m̃ltiplici rõne. Pmo qm̃ hec
figura nõ hꝫ finẽ neq; principiũ: ꝑ qđ daꝛ intelligi qđ
clerici ſunt miniſtri dei: qui nec hꝫ principiũ nec finẽ.
Secũdo qm̃ hec figura nullũ angulũ hꝫ ⁊ ſignificat qđ
clerici nõ debent habere ſordes in vita: qm̃ vbi angu-
lus vbi ſordes: vt dicit Bern. Et debẽt habere verita-
tẽ in doctrina: qm̃ veritas ãgulos nõ amat ſicut dicit
Hierony. Tertio qm̃ hec figura eſt oĩm figuraꝝ pul
cherrima. Vñ in hac de⁹ celeſtes creaturas fecit: ꝑ qđ
ſignificatur qđ clerici debent habere pulchritudinem
interius ĩ mẽte: ⁊ exterius in cõuerſatiõe. Quarto qm̃
hec figura eſt oĩm figurarũ ſimpliciſſima. Nulla eñ fi
gura vt dicit Aug. ex vna linea cõſiſtit. Sola circula-
ris figura eſt q̃ vna tm̃ linea claudiꝛ per qđ ſignifica-
tur ꝙ clerici habere debẽt ſimplicitatẽ colũbarũ iuxta
illud. Et ſimplices ſicut columbe.

¶ De ſancto Mathia apoſtolo. xlv. B.

MAthias hebraice: latine dꝛ donatus dño: vel
donatio dñi vel humilis ſiue paruulus. Nã
donatus a dño fuit qñ ipſum de mũdo elegit
⁊ ĩter ſeptuaginta duos diſcipulos deſigna-
uit: donatio dñi fuit qñ ſorte elect⁹ inter apoſtolos no-
minari ꝓmeruit: paru⁹ fuit q̃ vera ſemꝑ humilitatem
ſeruauit. Eſt autẽ triplex hũilitas ſicut dicit Ambro.
Prima eſt afflictiõis qua quis dicit humiliat⁹. Scđa
cõſiderationis q̃ procedit ex cõſideratione ſui. Tertia
deuotionis q̃ procedit ex cognitiõe creatoris. Primã
habuit beatus Mathias martyriũ patiẽdo. ſcđaꝫ ſe-
ipſum deſpiciẽdo. tertiã maieſtatẽ dei admirando: vel
dicit a manu qđ eſt bonum ⁊ theſis poſitio: inde Ma-
thias bonum poſitũ ꝓ malo. ſ. pro iuda. Eius vitã que
per eccelcſias legiꝛ. Beda ſcripſiſſe creditur. B.



MAthias apl's ĩ locũ iude ſubſti-
tut⁹ eſt: ſꝫ primo ortũ ⁊ originẽ
ipſi⁹ iude ꝓditoris breuiter videam⁹.
Legiꝛ eñ ĩ q̃dã hiſtoria: lꝫ apocripha
q̃ fuit q̃dã vir ĩ hierl'm noĩe ruben ꝙ
alio noĩe dict⁹ eſt ſimon de tribu dã:
vel ſm̃ Hierony. De tribu yſachar ꝙ
habuit vxorẽ q̃ cyborea nũcupata eſt.
Quadã igiꝛ nocte cũ ſibi mutuo debi-
tũ exoluiſſent cyborea obdormiẽs ſõ-
niũ vidit ꝙ perterrita cũ gemitibus ⁊ ſu
ſpirijs viro ſuo retulit dicens. Videbatur mihi ꝙ fi-
liũ flagitioſum parerẽ q̃ totius gentis noſtre cã ꝑdi-
tiõis exiſteret. Cui rubẽ. nephariã ĩqͣt rẽ nec relatu di
gnã ꝓpharis ⁊ ſpũ ſeu puto phitonico raperis. Cui
illa. Si me ↄcepiſſe ſenſero ⁊ filiũ pepero abſq; dubio
nõ ſpũs phitonic⁹ extitit: ſꝫ reuelatio certa fuit. Pro
cedẽte igitur tꝑe cũ filiũ peperiſſet parẽtes plurimũ ti
muerũt: ⁊ q̃d de eo facerẽt cogitare ceperunt. Cunq; fi
liũ abhorrerent occidere nec vellẽt deſtructionem ſui
gñis enutrire: ipm ĩ fiſcella poſitũ mari exponũt. Quẽ
maris fluct⁹ ad ĩſulã protulerũt que ſcharioth dꝛ. Ab
illa igitur ĩſula iudas ſcarioth⁹ appellat⁹ eſt. Regi-
na aũt illi⁹ loci carẽs liberis ad littus maris cã ſpatiã
di ꝓceſſit ⁊ fiſcellã a marinis fluctib⁹ iactari vidẽs ip-
ſam aꝑiri ꝑcepit iueniẽſq; ibi puerũ elegãtis forme ſu
ſpirans ait. O ſi ſolatijs tãte ſubleuarer ſobolis: ne re
gni mei priuarer ſucceſſore. Puer igiꝛ ſecreto nutriri
fecit et ſe grauidã ſimulauit. Tãdẽ ſe filiũ pep̃iſſe mẽti
tur: et ꝑ totũ regnũ fama hec celebris diuulgaꝛ. Rex
ceps ꝓ ſuſcepta ſobole vehemẽter exultat ⁊ ingẽti gau
dio plebs letaꝛ. Ipm igiꝛ ſm̃ magnificẽtiã regiã regi-
na educari fecit. Nõ poſt multũ vo tꝑis regina de rege
cõcepit ⁊ ſuo tꝑe filiũ parturiuit. Cũ aũt pueri aliquãtu-
lũ iã creuiſſent ad inuicẽ ſepi⁹ colludebãt: ⁊ puerũ re-
giũ iudas crebris moleſtijs ⁊ iniurijs moleſtabat: ⁊ ad
fletũ ſepius ꝓuocabat. Regina aũt hoc moleſte ferens
⁊ iudã ad ſe nõ ꝑtinere ſciẽs ipm crebrius verberabat:
ſꝫ nec ſic a moleſtia pueri deſiſtebat. Tãdem res pãdiꝛ
⁊ iudas nõ ver⁹ regine filius: ſꝫ inuẽt⁹ fuiſſe apiꝛ: qđ iu
das vt cõperit vehemẽter erubuit ⁊ fratrẽ ſuũ putati
uũ filiũ regis latẽter occidit. Ob hoc capitalẽ ſniam ti
mẽs cum tributarijs in hierl'm aufugit ſeq; curie pila
ti tũc preſidis mãcipauit. Et qm̃ res ſiles ſibi ſunt ha-
biles. Pilatus iudã ſuis moribus inuenit cõgruere: ⁊
ideo cepit ipm valde charũ habere. Vniuerſe igiꝛ cu-
rie Pilati Judas preficiꝛ ⁊ ad eius nutũ oĩa diſponã-
tur. Quadã igiꝛ die Pilat⁹ de palatio ſuo in quoddã
pomeriũ aſpiciẽs: illoꝝ pomoꝝ tãto deſiderio capt⁹
eſt vt pene deficere videreꝛ. Erat autẽ illud pomeriũ
Ruben patris Jude: ſed nec iudas patrẽ neq; Ruben
filiũ agnoſcebat: qui ⁊ ruben ipꝫ ĩ marinis fluctib⁹ pe-
riſſe putabat: ⁊ iudas quis pater aut q̃ patria ſua fue-
rit penitus ignorabat. Pilat⁹ atq; accerſito iuda ait.
Tãto illorũ fructuũ capius ſuꝫ deſiderio ꝙ ſi his fru-
ſtratus fuero ſpm̃ exalabo. Cõcitus igiꝛ Judas in po-
meriuꝫ inſilijt ⁊ velocius mala carpit. Interea Ruben
venit ⁊ Judã mala ſua carpentẽ inuenit. Fortiter igiꝛ
ambo ↄtendũt ⁊ iurgia ſupaddũt. Poſt iurgia ſurgũt
ad verbera ⁊ mutuis ſe iniurijs affecerunt. Tãdẽ iudas
Ruben in ea parte qua ceruix collo cõnectiꝛ lapide ꝑ-
cuſſit pr̃em ⁊ occidit. Poma igiꝛ ſuſtulit ⁊ Pilato qđ
acciderit enarrauit. Jã die inclinante ⁊ nocte ſuperue
niẽte rubẽ mortu⁹ iueniꝛ: ⁊ ſubitanea morte ꝑuẽt⁹ eſſe
putaꝛ. Tũc pilat⁹ oẽs facultates rubẽ iube tradidit ⁊ cy
boreã vxorẽ rubẽ ĩ ↄiugẽ iude ei dedit. Quadã igiꝛ die
dũ cyborea grauiꝛ ſuſpiraret ⁊ iudas vir ei⁹ q̃d habe-
ret diligẽter interrogaret. illa rñdit. Heu infeliciſſima
ſum oĩm feminarũ: q͛ infantulũ meũ marinis fluctib⁹
immerſi: ⁊ virũ meũ morte ꝑuentũ inueni: ſꝫ ⁊ dolori
miſere Pilat⁹ addit dolorẽ q̃ me meſtiſſimã nuptui
tradidit, ⁊ ĩuitiſſimã tibi ĩ cõiugiũ copulauit. Cũq; illa
oĩa de illo infantulo enarraſſet: ⁊ iudas illa q̃ ſibi acci
derãt retuliſſet inuẽtũ eſt ꝙ Judas matrẽ ſuã in vxorẽ
duxerat ⁊ ꝙ patrẽ ſuũ occiderit. Penitẽtia igiꝛ duct⁹
ſuadente cyborea dñm noſtrum ieſum xp̃m adijt ⁊ ſuorum
delictorum veniã implorauit. Hucuſq; in ꝑdicta hiſto
ria apocripha legiꝛ: q̃ vtrũ recitãda ſit lectoris arbi-
trio relinquaꝛ: lꝫ ſit poti⁹ relinquenda ꝙ aſſerẽda. Dñs
aũt eũ ſuũ fecit diſcipulũ ⁊ de diſcipl'o ĩ ſuũ elegit aplꝫ
Qui adeo ſibi familiaris extitit ⁊ dilectus vt eum face
ret ſuum procuratorẽ quem poſtmodũ pertulit ſuũ ꝓdi
torẽ. Portabat eñ loculos ⁊ ea que xp̃o dabanꝛ fura-
batur. Dolens vo tꝑe dñice paſſionis ꝙ vnguentũ qđ
trecentos denarios valebat nõ fuerat vẽditũ vt illos
etiam denarios furareꝛ: ⁊ abijt ⁊ dominum. xxx. dena
rijs vendidit quorũ vnuſquiſq; valebat decẽ denarios
vſuales: ⁊ ita damnũ trecẽtorũ denarioꝝ recõpẽſauit.

Uel vt q̄dā aiunt oīm q̄ xp̄o dabanť decimā partē ſurabať ⁊ ideo ꝓ decima parte quā in vnguēto amiſerat.ſ. pro.xxx.denarijs dn̄m vēdidit. Quos tñ pnīa ductus retulit ⁊ abiēs laq̄o ſe ſuſpēdit ⁊ ſuſpēſus crepuit medius ⁊ diffuſa ſunt viſcera ei⁹. In hoc aūt delatū eſt ori: ne p os offenderet. Nā eē dignū erat vt os tā viliter inquinaret qd̄ tā glorioſum os.ſ.xp̄i cōtigerat. Dignū etiā erat vt viſcera q̄ ꝓditionē ɔceperāt rupta caderēt et guttur a quo vox ꝓditionis exierat laq̄o artaret. In aere etiā interijt vt q̄ angelos in celo et hoīes in terra offenderat: ab angelorū ⁊ hoīm regiōe ſepareť: ⁊ ī aere cū demonib⁹ ſociareť. C. ¶ Cū igiť īter aſcēſionē ⁊ pētecoſtē apl̄i in cenaculo ſimul eſſent: vidēs petrus qd̄ nūerus.xij.apl̄orꝫ erat diminutus quos tñ dn̄s in hoc nūero elegerat: vt fidē trinitatis ī q̄tuor mūdi ꝑtib⁹ p̄dicarēt ſurrexit ī medio fratrū dicēs. Uiri fratres opꝫ vt aliquē loco iude ſubſtituam⁹: q̄ teſteť nobiſcū reſurrectionē xp̄i: q2 dn̄s dixit nobis. Eritis mihi teſtes in hierl̄m ⁊ in oī iudea ⁊ ſamaria ⁊ vſq3 ad vltimū terre. qr teſtis nō niſi de his q̄ vidit debet teſtimoniū ferre eligendus eſt vnus ex his viris q̄ nobiſcū ſemꝑ fuerūt ⁊ dn̄i miracula viderūt ⁊ ei⁹ doctrinā audierūt. Et ſtatuerūt duos de ſeptuaginta duob⁹ diſcipulis.ſ.ioſeph q̄ cognominatus eſt iuſtus ꝓ ſanctitate ſua: q̄ fuit frater iacobi alphei ⁊ mathiā de cuius laude ſubticeť q2 ſufficit ei ꝓ laude ꝙ in apoſtolū eſt electus: ⁊ orantes dixerūt. Tu dn̄e q̄ noſti corda oīū oſtende quē elegeris ex his duobus accipere locū miniſterij huius ⁊ apl̄atus quē iudas amiſit. Et datis illis ſortib⁹ cecidit ſors ſuꝑ mathiā: ⁊ annumeratus eſt cū.xj.apl̄is. Et notādū ꝙ exēplo hoc vt ait hiero.nō eſt ſortib⁹ vtendū: q2 priuilegia paucorū cōem legē nō faciunt. Rurſus etiā ſicut ait Beda donec veniret veritas figurā licuit obſeruare. Uera eē hoſtia in paſſione fuit īmolata: ſed in penthecoſte ɔſummata. Et ideo in electione mathie ſortibus vſi ſunt ne a lege diſcreparēt: in q̄ ſummus ſacerdos ſorte q̄rebať. Poſt pentecoſtē v̄o iā veritate ꝓpalata ſeptē diacones nō ſorte ſ3 diſcipulorꝫ electione ⁊ apl̄orꝫ oratione ⁊ manuū impoſitione ordinati ſunt cuiuſmodi aūt he ſortes fuerīt due ſanctorū patrū extant ſentētie. Hiero.eē ⁊ Beda volunt ꝙ he ſortes tales fuerīt quales ille quarū in veteri lege creberrim⁹ vſus erat. Dionyſius aūt q̄ fuit pauli diſcipulus irreligioſū exiſtimat hoc arbitrari aſſerēs ſibi videri ꝙ illa ſors nihil aliud fuerit niſi q̄dā ſplēdor ⁊ radi⁹ diuinꝰ ſuꝑ mathiā emiſſus ꝑ quē ipſe oſtendebať in apl̄m aſſumendus. Ait eē ſic in libro eccle.hierarch. De diuina autem ſorte q̄ ſuꝑ mathiā diuinitus cecidit. alij quidam alia dixerāt nō religioſe ſicut arbitror. meā aūt ⁊ ipſe intētionē dicā. Uideť eē mihi eloquia ſortē nominare hierarchicū quoddā donū demōſtrās illi hierarchico choro a diuina electiōe ſuſceptū. Hic igiť mathias apl̄s iudeam in ſortē accepit ⁊ predicationi ibidē inſiſtens ⁊ multa miracula faciens in pace quieuit. ī nōnullis vero codicibus legitur ꝙ patibulum crucis pertulit ⁊ tali martyrio coronatus celos aſcendit. Huius corpus rome in eccleſia ſancte marie maioris ſub lapide porphiretico ſepultū eſſe dr̄. ⁊ ibidē caput eius ꝑplo demōſtrať. D. ¶ In q̄dā v̄o legēda q̄ treueris inueniť: ſic inter cetera legiť. Mathias de tribu iuda ⁊ ciuitate bethleē illuſtri ꝓſapia oriundus fuit. Qui literis traditus oēm in breui legis ⁊ prophetarum ſciam apprehendit. Laſciuiam q̄3 abhorrēs pueriles annos morum maturitate vincebat. Informabať q̄3 ei⁹ aīus ad virtutē vt eſſet ad intelligentiam habilis ad mīa3 facilis in ꝓſperis nō elat⁹: in aduerſis ɔſtās ⁊ intrepidus. Satagebat vt qd̄ iuſſu p̄ceperat ope compleret: ⁊ oris doctrinā manuū operatione mōſtraret. Hic cū ꝑ iudeā p̄dicaret cecos illuminabat: lepioſos mūdabat: demones expellebat: claudis greſſū: ſurdis auditū: mortuis vitā reſtituebat. Qui cū corā pōtifice accuſareť ī multis r̄ndit de obiectis q̄ crimina dicitis non opꝫ me multa dicere. qm̄ xp̄ianū eſſe nō eſt criminis ſed gl'ie. Cui pōtifex. Si tibi danť inducie vis penitere. Et ille. Abſit vt a veritate quā ſemel inueni ꝑ apoſtaſiā digrediar. Igiť mathias ī lege erat doctiſſim⁹: corde mūd⁹: aīo prudēs: in ſoluēdis q̄ōnibus ſacre ſcripture acut⁹ in ɔſilio ꝓuidus: in ſermocinatione expedit⁹. Qui cū v̄bū dei ꝑ iudeā p̄dicaret multos ſignis ⁊ ꝓdigijs conuertebat. Un̄ iudei inuidētes ipm̄ in cōſilio ſtatuerūt. Duo ergo falſi teſtes q̄ ipm̄ accuſauerāt primo in ipm̄ lapides miſerūt quos lapides in teſtimoniū illis ſecū petijt ſepeliri. Qui dū lapidareť ſecuri more romano ꝑcutiť: ⁊ extēſis in celū manibus ſpm̄ dn̄o reddidit. Et ſubdiť ibidē. Cuius corp⁹ de iudea romā ⁊ inde treuerim eſt trāſlatū. E. ¶ In quadā vero alia legenda legiť ꝙ dū mathias ī macedoniā aduenīſſet: ⁊ fidē xp̄i p̄dicaret quādā potionē toxicatā q̄ viſu cūctos priuabat ſibi dederūt quā ī xp̄i noīe bibit ⁊ nullā leſionē ī: urrit. Et cū illa potiōe pluſq̄.cc.l. excecaſſēt ille ſingulis manū imponēs oēs illuminauit. Diabol⁹ aūt ī ſimilitudine infantis eis apparēs ſuaſit vt mathiā occiderent q̄ eorū cultū euacuaret ⁊ cū ipſe in medio eorū cōſiſteret trib⁹ tñ dieb⁹ eū q̄rētes minime inuenerūt. Tertia aūt die ſe eis manifeſtās dixit. Ego ſum quē manibus poſt tergū ligatis ⁊ fune collo īpoſito crudeliter afflixerūt ⁊ ſic in carcere recluſerūt. Ubi demones apparētes dētibus in eū fremebāt: ſed appropinquare nō poterāt. Dn̄s aūt cū multo lumine ad eū veniens ipm̄ de terra leuauit ⁊ vīcula ſoluēs ⁊ dulciter cōfortās oſtiū aperuit. Qui egreſſus verbū dn̄i p̄dicauit. Cū aūt quidā obſtinati ꝑſiſterent dixit eis. Denūcio vobis ꝙ viui in īfernū deſcēdetis. Moxq3 terra ſe aperuit ⁊ cūctos illos deglutiuit: reliqui vero ad dn̄m ſunt conuerſi.

¶ De ſancto Gregorio. xlvj. A.

Gregorius dr̄ a grex ⁊ gore qd̄ eſt predicare ſiue dicere: vn̄ gregori⁹ quaſi gregis p̄dicator. Uel dr̄ gregori⁹ quaſi egregori⁹ ab egregius ⁊ gore quaſi egregius p̄dicator ⁊ doctor. Uel gregorius in lingua noſtra vigilās ſonat: q2 ipſe vigilauit ſibi deo ⁊ gregi. Sibi ꝑ mundicie cōſeruationē3: deo ꝑ internā cōtēplationē: gregi ꝑ aſſiduā predicationē ⁊ hec tria mereť dei viſionē. Aug. in lib. de ordine. Is videt deū q̄ bene viuit bene ſtudet ⁊ bn̄ orat. Eius vitā ſcripſit paul⁹ lōgobardorū hiſtoriographus quā Joānes diaconus diligētius poſt modū cōpilauit. B.



Gregorius ſenatoria ſtirpe progenitus: cuius pater gordianus et mater ſiluia dicebať. Cū ſummū philoſophie apicem in ipſa ſui adoleſcentia attigiſſet ac rerū diuitiarū3 copia plurimū abundaret: cogitauit tñ hec oīa deſerere ⁊ in religionē ſe transferre. Sed dum longius conuerſionē ꝓtraheret: et vt tutius ſe xp̄o famulaturum putaret ſi ſub pretorio vrbani habitu mundo ſpecietenus deſeruiret cepit multa contra eum ex ſeculi cura ſuccreſcere: ita vt non tñ ſpecie: ſed in eo retineret ⁊ mente. Tandē patre orbatus ſex monaſteria in ſicilia cōſtruxit: ſepti

mū intra menia vrbis ſub honore ſancti Andree apoſtoli in ꝓprio dogmate fabricauit. In quo relictis ſericis auro gēmiſq; radiātibus vili monaſtico habitu tegebat. Ubi ad tantā ꝑfectionem in breui deuenit: vt in ipſo ſue cōuerſionis initio poſſet iam in ꝑfectorū numero cōputari. Cuius quidē perfectio ex verbis ſuis q̄ in prologo ſuꝑ dialogū ponit aliqualiter perpēdi pōt: vbi ſic dixit. Infelix anim⁹ me⁹ occupationis ſue pulſat⁹ vulnere: meminit qualis aliqñ in monaſterio fuit quō ei labētia cūcta ſubter erāt: quātū rebus oībus q̄ voluunt eminebat: q nulla niſi celeſtia cogitare ↄſueuerat: q etiā retētus corꝑe ipſa iam carnis clauſtra cōtēplatione tranſibat: q mortē quoq; q̄ pene cūctis pena eſt: vez vt ingreſſum vite ⁊ p̄miū laboris ſui amabat. Tanta deniq; diſtrictiōe corpus ſuū afflixit vt infirmato ſtomacho ſubſiſtere vix valeret: ⁊ inciſionem vitaliū quā greci ſincopim vocāt patiens crebris anguſtiis ꝑ horarū momēta ad exitū ꝓpinquaret. Quadā vice dū quidā in monaſterio ſuo vbi abbas p̄erat ſcriptitaret angelus dn̄i in ſpecie naufragi ſibi aſſuit: ſibiq; miſereri lachrymabiliter poſtulauit: cui cū Gregori⁹ ſex argēteos dari feciſſet ⁊ abiiſſet eadē die iterū rediit: ſeq; multa ꝑdidiſſe: pauca vō recepiſſe ꝑhibuit. Qui cū ab eo totidē argēteos recepiſſet iterū vice tertia reuerſus miſereri ſibi importunis clamorib⁹ poſtulabat. Sed gregorius cū a procuratore ſui monaſterii didiciſſet nihil dandū preter ſcutellā argēteā quā mr̄ ſua cū legumīnib⁹ mittere ſolebat ī monaſterio remāſiſſe illā ſtatim dari p̄cepit. Quā ille libēter accipiēs letus abſceſſit. Hic aūt angel⁹ dn̄i fuit ſicut ſe ſibi poſt modū reuelauit. C. ¶ Quadā die btūs Greg. ꝑ forū vrbis romane trāſiēs cernit quoſdā pueros forma pulcherrimos: vultu venuſtos: capilloꝝ nitore ꝑſpicuos eſſe venales: īterrogat igit mercatorē de qua illos patria attuliſſet. Qui rn̄dit. De britānia cuius incole ſili cādore refulgēt. Interrogat iterū ſi xp̄iani ſunt. Cui mercator. Nō ſed paganicis erroribus implicati tenētur. Tunc gregorius acriter ingemiſcēs: heu ꝓh dolor inquit q̄ ſplēdidas facies princeps tenebraꝝ: nūc poſſidet. Interrogat inſuꝑ qō eſſet vocabulū gētis illius. Cui ille. Anglici vocant. Bene inqt anglici quaſi angelici: q̄ ⁊ angelicos vultus habent. Interrogauit iterū eū qō nomē haberet illa ꝓuincia: ait mercator. Prouinciales illi deiri vocant: ⁊ Gregori⁹. Bn̄ inquit deiri vocātur: qi de ira ſunt eruēdi. Rurſus de nomine regis īterrogāte. Ait mercator q aelle diceret: ⁊ Gregori⁹ bn̄ aelle: q̄ alleluia in partibus illis decātari oportet. Qui mox ad ſummū pōtificē accedēs cū multa inſtātia ⁊ p̄cibus vix obtinuit vt ad illos cōuertēdos mitteret. Cūq; iā iter arripuiſſet romani de ei⁹ abſentia plurimū ꝑturbati papā adeūt: ⁊ eū taliter alloquunt: petrū offendiſti romā deſtruxiſti: gregorium demiſiſti. Sicq; papa perterrit⁹ ad eū reuocādū continuo nūcios deſtinauit. Dūq; grego. iā iter triū dierū peregiſſet: ⁊ in quodā loco diuertēs q̄dā ceteris quieſcētibus lectitaret locuſta ſuꝑueniens eū coegit a legēdo quieſcere: ⁊ ex conſideratione ſui nois docuit eū in eodē loco ſtare debere. Qō ille ſpū ꝓphetico dicēs ſtatī comites adhortat: vt veloci⁹ debeāt ꝓficiſci. Sed ſuꝑuenientib⁹ apoſtolicis nuncijs redire cōpellitur: lȝ de hoc plurimum triſtaret. Tunc papa ipm̄ a monaſterio ſuo abſtraxit ⁊ ſuū diaconē cardinalem ordinauit. D. ¶ Quodā tpe tyberis fluuius alueū ſuū egreſſus intm̄ excreuit: vt ſuꝑ muros vrbis influeret: ⁊ plurimas domos euerteret. Tūc etiā ꝑ tyberim fluuiū multitudo ſerpentū cū dracone magno in mare deſcendit. Sed a fluctib⁹ ſufocati ⁊ ad lit⁹ ꝓiecti totū aerē ſua putredīe corruperūt. Sicq; plaga peſſima quā inguinariā vocāt ſecuta eſt: ita vt etiā corꝑali viſu ſagitte celitus venire ⁊ ſingulos quoſq; ꝑcutere viderent. Que primo oīm pelagiū papā ꝑcuſſit ⁊ ſine mora extinxit. Poſt modū vō ita in reliquum vulgus deſeuit: vt ſubtractis habitatorib⁹ domos plurimas vacuas in vrbe reliquerit. Sed q̄ eccl'ia dei ſine rectore eſſe nō poterat Gregoriū lȝ totis virib⁹ retinētē plebs oīs elegit. Cū ergo benedici deberet ⁊ lues ppl'm deuaſtaret ſermonē ad populū fecit ꝓceſſionē faciens letanias īſtituit vt oēs deū attētius exoraret admonuit. Cū igit deum oīs cōgregat⁹ ppl's exoraret intm̄ lues ipſa deſeuit: vt in vna hora. xc. hoīes ſpm̄ exalarēt. Sed nequaq̄ ceſſauit ppl'm admonere vt ab oratiōe nunq̄ deſiſterēt: donec peſtē ipſam diuina ꝓpulſaret miſeratio. Finita ꝓceſſione fugere voluit: ſȝ nequiit: q̄ die noctuq; portas vrbis ꝓpter eū vigiles obſeruabāt. Tādē mutato habitu a q̄buſdā negotiatorib⁹ obtinuit vt in q̄dā dolio ſuꝑ quadrigā de vrbe educeret. Qui mox ſiluā expetīt cauernaꝝ: latibula reqſiuit: ibiq; trib⁹ dieb⁹ latuit verūtn̄ dū ſolicite quereretur colūna lucis p̄fulgida a celo deſcēdēs ſuꝑ locū in quo latitabat apparuit ī qua colūna angelos deſcēdentes ⁊ aſcendētes quidā recluſus aſpexit. Moxq; ab vniuerſo populo capit: trahit ⁊ ſummus pontifex conſecrat. Qō vō ad hoc honoris culmē inuit⁹ aſcēderit q̄ verba ſua legit pat͛ter aduertit. Nā in ep'la ad narſum patritiū ſic ait. Dū cōtēplationis alia deſcribitis: ruine mee mihi gemitū renouatis. Quia audiui quid intus ꝑdidi dū foras ad culmē regiminis immeritus aſcēdi. Tāto aūt me merore ꝑcuſſum cognoſcite: vt vix loq̄ ſufficiā. Nolite ergo me vocare noemi. i. pulchrā: ſȝ vocate me mara: q̄ amaritudine plenus ſum. Itē alibi qō me ad epatus ordinē cognoſcitis ꝑueniſſe ſi me diligitis plangite: qi ⁊ ego inceſſanter defleo atq; vt deū ꝓ me⁹ exoretis rogo. In ꝓlogo quoq; ſuꝑ dialogū ſic ait. Et occaſione cure paſtoralis anim⁹ me⁹ ſecularium hoīm negotia patitur: ⁊ poſt tā pulchrā ſue q̄etis ſpeciē terreni act⁹ puluere fedat. Perpēdo itaq; qd tolero perpēdo q̄d amiſi. Dūq; intueor illud qō ꝑdidi fit hoc grauius qō porto. Ecce eñi nūc magni maris fluctib⁹ quatior atq; in naui mētis tēpeſtatis valide ꝓcellis illidor: ⁊ cū priores vite recollo quaſi poſt tergū ductis oculis viſo littore ſuſpiro. Sed qi romā adhuc p̄dicta peſtis vaſtabat more ſolito proceſſionē cū letaniis per ciuitatis circuitum quodā tpe paſchali ordinauit in qua imaginē btē Marie ſemꝑ virginis q̄ adhuc vt aiunt eſt rome in eccl'ia que dicit ſancta Maria maior quā lucas arte medic⁹ ⁊ pictor egregius formaſſe dr̄: ⁊ eidē virgini ſimillima ꝑ ola ꝑhibet ante proceſſionē reuerēter portare fecit. Et ecce tota aeris infectio ⁊ turbulētia imagini ſedebat: ac ſi ipſam imaginē fugeret ⁊ eius preſentiā ferre nō poſſet. Sicq; poſt imaginē mira ſerenitas et aeris puritas remanebat. Tunc in aere vt refertur iuxta imaginem audite ſunt voces angeloꝝ canantium. Regina celi letare alleluia: q̄ quem meruiſti portare alleluia: reſurrexit ſicut dixit alleluia. Statimq; btūs gregorius qō ſequit adiūxit. Ora pro nobis deū rogam⁹ alleluia. Tūc btūs Greg. vidit ſupra caſtrū creſcentii angelū dn̄i q̄ gladium cruentatū detergens in vaginā remittebat. Intellexitq; gregori⁹ quod peſtis illa ceſſaſſet ⁊ ſic factum eſt. Unde ⁊ caſtrū illud caſtrum angeli deinceps vocatum eſt. Tandem vt deſiderauerat

auguſtinū mellitū ⁊ ioānē cū qbuſdā alijs ī angliā mi
ſit ⁊ eos ſuis ꝑcibus ⁊ meritis ad fidē ↄuertit. E. ¶ Tā
te etiā humilitatis beatus grego. extitit vt ſe laudare
nullo mō ꝑmitteret. Nā ſtephano ep̄o q̄ eū ī ſuis ep̄lis
laudauerat ita ſcripſit. Multū mihi (⁊ vltra ꝙ audire
debui indignus) fauorē in veſtris ep̄lis demōſtratis.
Et tn̄ ſcriptū eſt. Ne laudes hoīe ꝫ ꝙdiu viuit: ⁊ ſi ſi au
dire talia dignꝰ nō fui orōibꝰ veſtris peto vt dignus
efficiar: vt ſi bona īō ī me dixiſti qꝛ nō ſunt īō ſint: qꝛ di
xiſtis. Itē in ep̄la ad narſum patritiū ꝙ cauſe et noīs
ſimilitudinē faciēdo ꝑ ſcripturas clauſulas declamatio=
neſꝗ formatis certe frater chariſſime ſimiā leonē vo=
cas qḋ eo mō vos agere cōſpicimus quo ſcabioſos ca
tulos ſepe pardos vel tigres vocamꝰ. In ep̄la ad ana=
ſtaſiū patriarchā antiochenū ꝙ vos meos dn̄i lucernā
dicitis ꝙ loquēdo multis ꝓdeſſe multiſꝗ poſſe lucere
ꝓhibetis extimationē meā fateor mihi ī dubitationē
maximā ꝑduxiſtis. Cōſidero nāꝗ qui ſum ⁊ nihil me
ex hmōi boni ſigno deprehēdo. Cōſidero aūt q̄ eſtis ⁊
vos mētiri poſſe nō arbitror. Cū ergo credere volo ꝙ
dicitis ↄ̄dicit mihi īfirmitas mea: cū diſputare volo ꝙ
in laude mea dr̄ cōtradicit mihi ſctītas veſtra. Sed q̄=
ſo vir ſctē nobis aliqd de hoc certamine nr̄o ↄueniat:
vt ſi nō qḋ dicitis ita eſt: ſit ita qꝛ dicitis. Uocabula ēt
iactantiā vel vanitatē ſonātia oīno reſpuebat. Unde eu=
logio patriarche alexādrino q̄ eū vniuerſalē papā vo
cauerat ita ſcribit. In ꝑfatione ep̄le quā ad me direxi
ſtis ſupbe appellatiōis verbū vniuerſalē me papā di=
cētes iprimere curauiſtis. Qḋ peto dulciſſima ſctītas
vr̄a vltra nō faciat: qꝛ vobis ſubtrahit̄ qḋ alteri pluſꝙ
rō exigat prebet̄. Ego eīm verbis ꝓſperari nō q̄ro: ſed
moribꝰ nec honorē eſſe reputo in q̄ fratres honorē ſuū
ꝑdere cognoſco. Recedāt ergo vba q̄ vanitatē inflant
charitatē vulnerāt. Hinc eſt cū ioānes ep̄s conſtanti
nopolitanus hoc vocabulū vanitatis ſibi vſurparet: ⁊
ſe vniuerſalē papā vocari fraudulēter a ſynodo obti=
nuiſſet inter cetera ſic de eo ſcribit Gre. Quis eſt iſte
q̄ cōtra ſtatuta euāgelica: cōtra canonū decreta nouū
ſibi nomē vſurpare ꝑſumit: vt vel ſibi ſine īminutiōe
ſit vnus q̄ eſſe appetit vniuerſus. Uerbū etiā iuſſiōis
ſibi a coepis dici nolebat. Unde ait in ep̄la ad eulogiū
ep̄m alexādrinū. Ueſtra mihi charitas loquit̄ dicens.
Sicut iuſſiſtis. Qḋ verbū iuſſiōis peto a meo auditu
remoueri: qꝛ ſcio q̄ ſūt ⁊ q̄ eſtis. Loco eīm mihi fratres
eſtis moribꝰ patres. Inſup ob nimiā humilitatē qua
erat ꝑdictꝰ nolebat ꝙ matrone ſe āncillas ſuas dicerēt.
Unde ruſticane ꝑfictie ſcribēs ait. Unū ī tuis ep̄lis egre
ſuſcepi: qꝛ qḋ ſemel eſſe poterat ſepius dicebat̄ ancilla
vr̄a ⁊ ancilla vr̄a. Ego eīm q̄ ꝑ ep̄atus onera olim ſeruꝰ
ſum factus qua rōne te mihi ancillā dicis: cuiꝰ añ epi
ſcopatū ſuſcepiū ꝓprius ſui? Et ideo rogo ꝑ oīpotentē
deū ne hoc verbū aliqn̄ ad me in ſcriptis tuis inueniā.
Primꝰ ī ſuis ep̄lis ſe ſeruū ſeruoꝝ dei noīauit ⁊ altos
nominari inſtituit. Libros ſuos dū adhuc viueret ob
nimiā humilitatē publicari nolebat: ⁊ ī aliorū cōpara
tione ſuos nihil valere extiſtimabat. Unde innocētio ꝑfe
cto aphrice ſic ſcribit. Qḋ expoſitionē. ſ. iob vobis trāſ
mitti voluiſtis veſtro ſtudio cōgaudemꝰ. Sed ſi deli=
tioſo cupitis pabulo ſaginari: bti auguſtini cōpatrio=
ti veſtri opuſcula legite: ⁊ ad cōparationē illius ſimi=
laginis noſtrum furfurem nō queratis. Neqꝫ eīm volo
dū in hac carne ſum ſi qua dixiſſe me ↄtingit ea facile
hoībus innoteſcat. F. ¶ Legit̄ quoqꝫ in quodā libro de
greco in latinū trāſlato ꝙ q̄dā ſctūs pater noīe abbas
ioānes cū romā ad viſitandū ap̄loꝝ limina veniſſet:
⁊ beatū Grego. papā ꝑ mediū ciuitatis trāſire videre:
voluit ei occurrere: ac vt decebat reuerentiā exhibere.
Cernēs vero btūs greg. ꝙ ſe in terrā vellet ꝓſternere
feſtinauit ⁊ primo ſe corā ipſo in terrā ꝓſtrauit: nec in
de ſurrexit quouſꝗ abbas primo ſurrexit in quo maxi
ma eiꝰ hūilitas cōmēdat̄. Tāte aūt largitatis eleemo
ſynarū extitit vt nō ſolū pn̄tibus ſed etiā lōge poſitis
⁊ in mōte ſynai monachis neceſſaria miniſtraret. Nā
oīm indigētiū noīa ſcripta habebat ⁊ eis liberalr̄ ſub
ueniebat. Monaſteriū hieroſolymis inſtituit: ⁊ dei fa
mulis illic degētibꝰ neceſſaria mittere ꝓcurauit. Tri
bꝰ quoꝗ milibꝰ ancillis dei ꝓ q̄tidianis ſtipēdijs octo
ginta libras auri ānualiter offerebat quotide etiā ad
ſuā mēſaꝫ peregrinos quoſlibet īuitabat. Inter quos
die quadā vnꝰ acceſſit: in cuiꝰ manibꝰ dū ipſe ex humi
litate aquā fundere vellet ↄuerſus vrceū accepit: ſꝫ re
pēte cū in eiuſ manibꝰ aquā fundere volebat nō in=
uenit. Cūꝗ hoc factū ſecū ipſe miraret̄ eadē nocte dn̄s
ꝑ viſionē ei dixit. Ceteris diebꝰ me in mēbris meis he
ſterno aūt die me in memetipſo ſuſcepiſti. Alio q̄ꝫ tp̄e
ꝑcepit cācellario vt. xij. peregrinos ad prandiū inuita=
ret. qui ꝑgens iuſſa cōpleuit. Dū aūt ſimul diſcūberēt
intuēs papa. xiij. numerauit. Et accerſito cancellario:
cur ↄtra ſuā iuſſionē. xiij. iuitare ꝑſumpſerat inq̄ſiuit
quos cācellariꝰ numerans ⁊ tn̄. xij. inueniēs ait. Cre=
de mi pater nō ſunt niſi. xij. Aduertit Grego. virū ꝓ
pius diſcūbentē vultū crebro mutare ⁊ nūc adoleſcen
tē: nūc x̄o ſibi vetulū venerāda q̄dā canitie ſimulare
Finito igit̄ ↄuiuio illū in cubiculo duxit vehementer
adiurās vt ei ſe nomēꝗ ſuū ꝓdere dignaret̄. q̄ rn̄dēs
ait. Et cur interrogas de noīe meo qḋ eſt mirabile. Ue
runtn̄ ſcito qꝛ ego ſum naufragus ille cui ſcutelā argen
teā tribuiſti quā tibi miſerat cū leguminibꝰ mat̄ tua.
Et hoc tibi ꝓ certo ſit cognitū: qꝛ ab illo die quo mihi
dediſti deſtinauit te dn̄s heri eccl̄ie ſue preſulē et petri
ap̄li ſucceſſorē. Cui grego. Et tu q̄uō hoc noſti ꝙ tunc
me dn̄s ꝑeſſe ſue eccl̄ie deſtinauerit. At ille. qm̄ ange=
lus eius ſum: ⁊ me tibi dn̄s nūc remiſit: vt te ſemꝑ de=
beā ꝓtegere ⁊ omne qḋ petieris ꝑ me apud ipꝫ valeas
impetrare ſtatimꝗ ab eo diſparuit. G. ¶ Eo tp̄e fuit q̄=
dā eremita vir magne virtutis q̄ oīa ꝓpter deū reliq̄
rat: ⁊ nil ꝑter vnā catthā poſſidebat quā blādiens cre
bro quaſi cohabitatricē ī ſuis gremijs refouebat. Ora
uit igit̄ ad deū: vt ſibi oſtēdere dignaret̄: cū quo futu=
re remunerationis māſionē ſperare debuiſſet: q̄ illius
amore nil ex diuitijs huiꝰ ſeculi poſſideret. quādā igit̄
nocte ſibi reuelat̄ ꝙ cū greg. romano pōtifice māſionē
ſibi ſperare deberet. At ille fortiter īgemiſcēs parū ſi
bi voluntariā paupertatē profuiſſe putabat: ſi cū eo re=
munerationē reciperet q̄ tātis mūdialibꝰ diuitijs abū=
daret. Cū ergo gregorij diuitias ſue paupertati die no
ctuꝗ ſuſpirādo cōferret alia nocte audiuit dn̄m ſibi di
cētē. Cū diuitē nō poſſeſſio diuitiarū: ſꝫ cupido faciat.
Cur audes paupratē tuā gregorij diuitijs ↄparare qui
magis illā cattham quā habes quotidie palpādo di=
ligere cōprobaris ꝙ ille tātas diuitias quas nō amā=
do: ſed cōtēnendo cunctiſꝗ liberaliter largiendo diſ=
pergit. Itaꝗ ſolitarius deo gratias retulit. Et qui me
ritum ſuū decreuiſſe putauerat ſi gregorio conferre=
tur orare cepit: vt cum eo manſionē q̄nꝗ percipere me
reretur. H. ¶ Cum apud mauriciū imperatorē et filios
eius ſup mortē cuiuſdam ep̄i falſo accuſaret̄: ſic ait in
epiſtola quā apocriſario mittit. Unū eſt qḋ breuiter
ſuggeras dn̄is meis: qꝛ ſi ego ſeruus eorū in mortē lō
gobardorū vel damnū me miſcere voluiſſem: hodie lon

gobardoꝝ gens/nec regē/nec ducē/nec comites habe
ret itaq; in ſua ↄfuſione eſſet:ſed qꝛ deū times in moꝛ=
tē cuiuſlibet hoīs me miſcere foꝛmido. Ecce quāte hu=
militatis extitit:qꝛ cū eſſet ſummus pōtifex imperato
ris ſe ſeruū vocabat:⁊ dn̄m ſuū eum appellabat. Ecce
quāte innocētie:qꝛ in moꝛtē inimicoꝝ ſuoꝝ cōſentire
nolebat. Cū Mauricꝰ impatoꝛ Gregoriū eccleſiā dei
pſequeretꝛ īter cetera ſic ei ſcripſit greg. qꝛ cū pctōꝛ
ſum:credo ꝙ oīpotētē deū tanto vobis amplꝰ placa=
tis quāto me ei male ſeruiētē affligitis:quadā igitꝛ vi
ce quidā monaſtico habitu indutus ſpadā euaginatā
dextera tenēs corā impatoꝛe intrepidꝰ aſtitit:⁊ cōtra
eū vibrās illū gladio moriturū pdixit. Territꝰ Mau=
ricius a pſecutione Greg. ceſſauit:⁊ vt p ſe oꝛare debe
ret inſtanter petijt quatenus ipſum in hac vita de ma
lis ſuis deꝰ puniret ⁊ nō pmiēdū extremo examini re
ſeruaret:quādā igitur vice vidit ſe Mauricꝰ ante tri
bunal iudicis ſtare:⁊ iudicem pclamare. Date Mauri
ciū. Et capiētes eū miniſtri ipm ante iudicē poſuerūt.
Cui ille. Ubi vis vt reddā tibi mala q̄ in hoc ſclo ppe=
traſti. Ille rn̄dit. Hic potiꝰ ea dn̄e mihi ⁊ nō in ſclo fu
turo retribue. Statimq; diuina vox iuſſit tradi mauri
ciū vxorē filios ⁊ filias foce militi occidēdos: qđ ⁊ fa=
ctū eſt. Nō poſt multū eni tpis foca qdē miles eꝰ ipm
cū tota familia ſua gladio occidit/⁊ ei in impio ſucceſ
ſit. Cū apud ſanctā Mariā maioꝛē ī die paſche miſſaꝫ
celebraret:⁊ pax dn̄i pnūciaret angelus dn̄i alta voce
rn̄dit. Et cū ſpū tuo. Ubi papa apud illā eccleſiā in die
paſche ſtationē fecit:nec ſibi cū dicit pax dn̄i in huius
miraculi teſtimoniū rn̄detꝛ. I. ¶ Quodā tpe Traianus
impatoꝛ romanus ad quoddā belluꝫ vehemētiſſime fe
ſtinabat. Cui vidua q̄dā flebiliter occurrit dicēs. Ob=
ſecro vt ſanguinē filij mei innocēter pēpti vīdicare
digneris. Cūq; Traianus ſi ſanus reuerteretꝛ ſe vindi
care teſtaretꝛ vidua dixit. Et qs mihi hoc preſtabit ſi tu
in pꝛlio moꝛtuꝰ fueris:traianꝰ dixit. Ille q̄ poſt me im
perabit. Cui vidua. Et tibi qđ pderit ſi alter mihi iu
ſtitiā fecerit. Traianus dixit vtiq; nihil:⁊ vidua. Non
ne inquit melius eſt tibi vt mihi iuſtitiā facias: ⁊ pro
hoc mercedē accipias ꝙ vt alteri hāc trāſmittas:tunc
traianus pietate cōmotꝰ de equo deſcēdit: ⁊ ibidē in=
nocētis ſanguinē vindicauit. Fertꝛ quoq; ꝙ cū q̄dā fi=
lius traiani p vrbē eqtando nimis laſciue diſcurreret
filiū cuiuſdā vidue interemit:qđ cū vidua traia. lacri=
mabiliter exponeret ipm filiū ſuū q̄ hoc fecerat vidue
loco filij ſui defuncti tradidit ⁊ magnifice ipſam dota=
uit. Dū igitꝛ quadā vice diu iam defuncto traiano gre=
gorius p foꝛū traiani tranſiret:⁊ huius māſuetudinē
iudicis recoꝛdatꝰ fuiſſet ad ſancti Petri baſilicā pue=
niens ibidē p eius errore amariſſime fleuit. Tunc ſibi
diuinitꝰ eſt rn̄ſum. Ecce petitionē tuā cōpleui ⁊ Traia
no penā eternā peperci. De cetero aūt diligētiſſime ca
ueas ne p damnato aliquo pces fundas. Damaſcenꝰ
aūt in quodā ſuo ſermone narrat ꝙ Gregorius p tra=
iano oꝛationē fundēs audiuit vocē ſibi diuinitus illa
tā. Uocē tuam audiui et veniā traiano do. Cuiꝰ rei vt
ibidē dicit teſtis eſt oꝛiens oīs ⁊ occidēs. Sup hoc di=
xerūt q̄dā ꝙ traianꝰ reuocatꝰ fuit ad vitā vbi grām cō
ſecutꝰ veniā meruit ⁊ ſic gloꝛiā obtinuit. Nec erat ī in=
ferno finaliter deputatꝰ/nec ſnīa diffinitiua dānatꝰ.
Alij dixerūt ꝙ aīa traiani nō fuit ſimplr a reatu pene
eterne abſoluta: ſed eius pena vſq; ad tps:ſcꝫ vſq; ad
diē iudicij fuit ſuſpēſa. Alij qđ pena quo ad locum vel
modū aliquē toꝛmēti ſub conditiōe fuit taxata. Donec
oꝛāte gregoꝛio p xp̄i grām locꝰ vel modus aliquis mu
taretꝛ. Alij vt Iohānes diaconꝰ q̄ hanc legēdā cōpilauit
ꝙ nō legitꝛ oꝛaſſe/ſꝫ fleuiſſe:⁊ frequēter dn̄s miſeretur
⁊ cōcedit ꝙ hō q̄uis deſiderās petere non pſumit: ⁊ qđ
eius aīa nō eſt ab inferno liberata ⁊ in paradiſo repo=
ſita:ſed ſimplr ab inferni cruciatibus liberata. Ualet
enim vt dicit anima ⁊ in inferno exiſtere ⁊ inferni cru
ciatus p dei mīam non ſentire. Alij ꝙ pena eterna cō=
ſiſtit in duobꝰ. ſ. in pena ſenſus ⁊ in pena dāni q̄ eſt ca
rētia viſiōis diuine. Pena igitur eterna q̄tū ad primū
eſt ſibi dimiſſa:ſed q̄tū ad ſcđm retēta. Fertꝛ quoq; ꝙ ⁊
angelus iſtud adiecerit. Qꝛ eni p dānato rogaſti duoꝝ
tibi datur optio. Aut eni in purgatoꝛio duobꝰ diebus
cruciaberis:aut certe toto tpe vite tue infirmitatibus
⁊ doloꝛibꝰ fatigaberis. Qui preelegit toto tpe vite ſue
doloꝛibꝰ cōcuti q̄ duobꝰ diebꝰ in purgatoꝛio cruciari.
Un̄ factū eſt ꝙ ſemꝑ deinceps aut febꝛibus laboꝛauit:
aut podagre moleſtia pſſus fuit:aut a validis doloꝛi=
bus cōquaſſatꝰ:aut doloꝛe ſtomachi miſerabiliter cru
ciatus. Un̄ in quadā epl̄a ſic loquitꝛ dicēs. Tātis poda
gre:tantis moleſtiaꝝ doloꝛibꝰ pmoꝛ:vt vita mea mi=
hi graviſſima pena ſit:quotidie eni in doloꝛe deficioꝛ
moꝛtis remediū expectādo ſuſpiro. Item alibi. Doloꝛ
meꝰ interdū mihi lētus eſt īterdū nimiꝰ:ſꝫ neq; ita len
tus vt recedat:neq; ita nimiꝰ vt interficiat:vn̄ fit vt q̄
quotidie in moꝛte ſuꝫ repellar a moꝛte. Sic aūt me in
fectio noxij humoꝛis inbibit:vt viuere mihi pena ſit ⁊
moꝛtē deſiderāter expectē quā gemitibꝰ meis ſolā cre
do eſſe remediū. K. ¶ Matrona quedā ſingulis diebꝰ
dn̄icis btō Grego. panes offerebat. Cui cū poſt miſſaꝝ
ſolēnia coꝛpꝰ dn̄i offerret ⁊ diceret:coꝛpus dn̄i nr̄i ieſu
xp̄i cuſtodiat te in vitā eternā laſciua ſubriſit. Ille cō=
tinuo dexterā ab eiꝰ oꝛe ↄuertēs pticulā illā dn̄ici coꝛ=
poꝛis ſup altare depoſuit. Poſtmodū corā pplo inter
rogauit quā ob cām ridere preſumpſerit. At illa: qꝛ pa
nē quē ppꝛijs manibꝰ fecerā tu coꝛpꝰ dn̄icū appella=
bas. Tūc grego. p incrudelitate mulieris ſe in oꝛone
pſtrauit:⁊ ſurgēs particulā illā panis inſtar digiti car
nē factaꝫ reperit:⁊ ſic matronā ad fidē reduxit. Oꝛauit
iterū ⁊ carnē illā in panē ↄuerſam vidit ⁊ matrone ſu
mēdū tradidit. Quibuſdā principibꝰ aliquas precio
ſas reliquias petētibꝰ aliquātulū de ſctī Iohānis euā=
geliſte dalmatica tribuit. Qđ illi ſuſcipiētes tanq̄ vi
les relīqas cū īdignatiōe nimia eidē reddiderūt. Tūc
btūs Grego. oꝛatiōe facta cultellū petijt ⁊ panē illū pu
pugit:ex cuiꝰ punctionibus ſanguis ptinus emanauit:
ſicq; ꝙ pcioſe eſſent reliquie diuinitꝰ eſt oſtēſuꝫ. Qui
dam diuitū romanoꝝ relicta ↄiuge fuerat a pōtifice cō
munione priuatus. Qđ ille moleſtiſſime ferēs:ſed au
toꝛitatē tāti pōtificis euacuare nō valēs:magoꝝ ſuf=
fragia reqſiuit. Qui ſe ſuis carminibus agere pmiſe
runt:vt īmiſſo demone tandiu caballus pontificis ve
xaretur quouſq; cū ſeſſoꝛe ſuo periclitaretꝛ. Cūq; gre
go. aliqñ ſuper caballū ſuū trāſiret:īmiſſo demōe ma=
gi eius equum tam foꝛtiter vexari fecerūt vt nequaq̄
ab aliquo teneri valeret. Tūc btūs greg. reuelāte ſpū
diabolicā īmiſſionē cognoſcēs:facto crucis ſignaculo
tā caballū a pñti rabie liberauit ꝙ maleficos ppetua
cecitate mulctauit q̄ reatum ſuum ↄfitētes ad ſacri ba
ptiſmi grām poſtmodū peruenerunt. Quibus lumēne
artē magicā eligerēt reddi noluit:eos tn̄ eccleſiaſtico
ſubſidio nutriri pcepit. Legitꝛ quoq; in libro qui a gre
cis lymon dr ꝙ abbas qui pꝛerat monaſterio ſctī gre.
eidē nūciauit ꝙ quidā monachus penes ſe numiſma=
ta tria haberet. Quē Gre. ad alioꝝ terroꝛē excōicauit:
poſt modicū tpis frater moꝛitꝛ ſctō gregoꝛio neſciente.

Qui iratꝰ ꝙ ſine abſolutiõe mortuꝰ fuerat ofoué in pi
ctatio ſcripſit: quã cũ ab excõicatiõis vinculo abſolue
bat dedit ꝗ cã vni diaconoꝝ ꝑcipiẽs: vt eã ſup foueã
fratris defuncti legeret. Quo iuſſa ꝯplẽte ſequẽti no
cte q̃ defunctꝰ fuerat abbati apparuit: ⁊ ſe vſqꝫ mõ in
cuſtodia detentũ: ſed heri abſolutũ fuiſſe perhibuit. L
¶ Officiũ ⁊ cãtũ eccliaſticũ: nec nõ ⁊ ſcholã cãtoꝝ inſti
tuit: ⁊ ꝓ hoc duo habitacula vnũ iuxta baſilicã ſcti pe
tri: alterũ iuxta lateranẽſem eccleſiã fabricauit. Vbi
vſqꝫ hodie lectꝰ eiꝰ quo recũbẽs modulabat: ⁊ flagel-
lũ eiꝰ q̃ pueris minabat cũ antiphonario autẽtico ve-
neratiõe cõgrua reſuant. In canone appoſuit. Dieſqꝫ
nſos in tua pace diſponas atqꝫ ab eterna damnatione
nos eripi ⁊ i electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari. Tã
dẽ btũs Greg. cũ ſediſſet ãnis. xiij. meſibus. vj. ⁊ diebꝰ
x. plenꝰ opibus bonis migrauit a corꝑe. In cuiꝰ tũba
hi vſus ſcripti ſunt. Suſcipe terra tuo corpꝰ de corꝑe
ſumptum. Reddere qđ valeas viuificante deo. Spiri-
tus aſtra petit leti nil iura nocebunt. Cui vite alteriꝰ
mors magis ipſa vita eſt. Põtificis ſummi hoc clau-
dunt mẽbra ſepulcro. Qui innumeris ſemꝑ viuit vbiqꝫ
bonis. Fluxerũt aũt anni ab icarnatiõe dñi. dcvj. ſub
foca impatore. Poſt mortẽ btĩ Greg. regionẽ totã ma
xia fames inuaſit. Vñ paupes q̃s liberalr Greg. paſcere
ſolebat ad ſucceſſorẽ ſuũ veniẽtes dicebãt. Dñe q̃s pr
nr̃ Greg. ſolebat paſcere tua ſctĩtas famẽ nõ ſinat peri
re. Quibꝰ ille papa idignatꝰ ſp talr rñdebat. Si gre.
ad famã ſue laudis cũctos ppſos curauit ſuſcipe: nos
aũt nõ poſſumꝰ paſcere. Et ſic eos ſemꝑ vacuos remit
tebat. Vñ ſctũs Greg. ter ei apparuit: ⁊ cũ blãde de ſua
tenacia ⁊ detractiõe redarguit: ſꝫ ille ſe de nullo emen
dare curauit. Vñ illi quarto apparens terribiliter: il-
lũ corripuit: ⁊ in capite letalr ꝑcuſſit. Cuiꝰ dolore vexa
tus in breui vitã finiuit. Dũ aũt adhuc ꝑdicta fames
inſtaret q̃dã inuidi ceperũt Greg. detrahere aſſerẽtes
ꝙ totũ theſaurũ ecclie tanqꝫ vir ꝓdigus cõſumpſiſſet.
Vñ ob huiꝰ vĩdictã ad cõburẽdos libros ſuos ceteroꝝ
alios inclinarũt. Quoꝝ dũ quoſdã cõbuſſiſſent / ⁊ cete
ros cõburere vellẽt: petrus diaconus eius familiariſſi
mus cũ q̃ quatuor libros dialogoꝝ diſputauerat tradi
tur vehemẽtiſſime: reſtitiſſe aſſerens hoc ad eiꝰ delen
dã memoriã nil valere: cũ in diuerſis mũdi partibꝰ exẽ
plaria tenerent adiũgẽs imane ſacrilegiũ eſſe tãti pa
tris tot ⁊ tales libros exurere ſuꝑ cuiꝰ caput ipſe ſpũ-
ſctũ in ſilitudine colũbe frequẽtiſſime ꝓſpexiſſet. Tã
dẽ eos hanc ſniam adduxit vt ſi illud qđ dixerat iureiu
rãdo ꝯfirmãs mori ꝯtinuo meruiſſet / ipſi a librorũ exu
ſtiõe deſiſterẽt. Si vero mori nõ meruiſſet / ſꝫ ſupſtes ſui
teſtimonij extitiſſet: ipſe quoqꝫ cõbuſtoribus munus
daret. Ferẽ eñ Gregoriũ ſibi dixiſſe ꝙ ſi miraculum de
viſione colũbe publicaret poſt hoc viuere nõ valeret
Itaqꝫ cũ apparatu diaconatꝰ euãgelioꝝ librum baiulans
venerabilis leuita petrꝰ adueniẽs mox vt tactis ſacro
ſctis euangelijs gregorij ſctĩtati teſtimoniũ ꝑhibuit a
dolore mortis extrancꝰ ſpũm iter vba vere ꝯfeſſiõis ex-
ſlauit. M. ¶ Quidã monachꝰ monaſterij ſctĩ gregorij
quoddã penes ſe peculiũ cõgregauit btũs aũt Grego-
riꝰ alteri monacho apparẽs dixit vt ſibi denũtiaret ꝙ
peculiũ diſpergeret ⁊ pniam ageret: qꝛ die tertia eſſet
moriturus. Qđ ille audiẽs vehemẽter expauit: pniã
egit ⁊ peculiũ reddidit. Moxqꝫ febribꝰ adeo correptus
eſt vt a diluculo diei tertie vſqꝫ ad horã tertiã ꝑ nimio
incendio linguã ab ore ꝓijciẽs vltimũ flatũ emittere
videret. Sed cũ circũſtãtes monachi corã ipſo pſalle-
rent pſalmodiã tãdẽ iterrũpẽtes ei detrahere ceperũt.

Ille aũt cõtinuo reuiuiſcẽs ⁊ oculos ſubridendo cõcu
tiens ait. Parcat vobis dñs fratres: quare mihi detra
here voluiſtis? Nã impedimẽtũ mihi nõ modicũ gña-
ſtis: qꝛ tũ a vobis ꝙ a diabolo ſub vno tꝑe accuſatus ne
ſciebam cui calũnie primitꝰ rñderẽ. Sed ſi qñ quemli
bet migrãtẽ videritis ei dẽ nõ detractionẽ: ſed ꝯpaſſio
nẽ impẽdatis vt pote q̃ ad tã diſtricti iudicis cũ crimi
natore ſuo iudiciũ vadit. Nã ad iudiciũ cũ diabolo ſte-
ti ⁊ adiuuãte ſctõ Gregorio cũctis ſuis obiectionibus
bñ rñdi. Tñ de vna obiectione cõuictꝰ erubui ꝓ qua
vt vidiſtis taliter ſum vexatꝰ ⁊ adhuc me non potui li-
berare. Cũqꝫ de ea fratres requirerẽt ait. Non audeo
dicere: qꝛ cũ ad vos a btõ Greg. iuſſus ſum venire: dia-
bolꝰ de hoc plurimũ eſt cõqueſtus putãs ꝙ me ad pe-
nitẽtiã agendam ꝓ eã illa deꝰ remitteret: quapropter
btm̃ gregoriũ vadẽ dedi: ne ꝯmotã calũniã cuilibet re
uelarẽ: moxqꝫ clamãs dixit. O andrea andrea hoc an-
no pereas q̃ me prauo ꝯſilio ad hoc ꝑiculũ compuliſti.
Et ſtatiꝫ reuolutis terribiliter oculis expirauit. Erat
aũt in vrbe q̃dã noĩe andreas q̃ eodẽ momẽto: q̃ ei mo
nachus moriens ꝑiculũ fuerat impcatꝰ in tã grauem
morbũ decidit vt defluentibus carnibꝰ cõſumi poſſet:
mori aũt non poſſet. Tũc monachis monaſterij ſancti
greg. cõuocatis ꝯfeſſus eſt ꝙ cũ ꝑdicto monacho quaſ
dã monaſterij chartulas rapuiſſet: ac ſuſceptis pretijs
extraneis tradidiſſet. Moxqꝫ is qui dudũ mori nõ po-
terat inter verba ſue ꝯfeſſionis ſpũm exalauit. N. ¶ Eo
tꝑe vt in vita ſctĩ eugenij legit dũ adhuc ambroſianũ
officiũ magis ꝙ gregorianũ ab eccleſijs ſeruaret. Ro-
manꝰ põtifex noĩe adrianꝰ cõciliũ cõuocauit: vbi ſtatu
tum eſt: vt Gregorianũ officium deberet vniuerſaliter
obſeruari. Cuius rei Karolus imperator executor exi
ſtens: per diuerſas diſcurrens ꝓuincias minis ⁊ ſup-
plicijs omnes clericos ad hoc ipm cogebat: et libros
ambroſiani officij vbiqꝫ cõburebat multoſqꝫ clericos
rebelles incarcerabat. Proficiſcẽs aũt beatus Euge
nius epũs ad cõciliũ inuenit ipſum cõciliũ ꝑ triduum.
iam ſolutum ſuaqꝫ prudẽtia dñm papã ſic induxit: qđ
oẽs ꝓlatos q̃ cõcilio iterfuerãt ⁊ iã ꝑ tres dietas receſ
ſerãt reuocauit. Cõcilio igit cõuocato omniũ patrum
hec ſnĩa vna fuit vt miſſale ambroſianũ ⁊ gregorianũ
ſuper altare beati petri aplĩ ponerent ⁊ fores eccleſie
optime clauderent ac plurimorũ epõꝝ ſigillis diligẽ-
tiſſime munirentur: ⁊ ipſi tota nocte orationibꝰ inſiſte
rent: vt dñs ꝑ ſignũ aliqđ reuelaret qđ horũ ab eccle-
ſijs magis ſeruari vellet. Sicqꝫ ꝑ omnia vt ordinaue-
rãt facientes: mane ianuas eccleſie aperuerũt ⁊ vtrũqꝫ
miſſale ſuper altare apertũ inuenerũt: vel vt alij aſſe-
runt miſſale gregorianum penitus diſſolutũ / ⁊ huc il
lucqꝫ diſperſum inuenerũt: ambroſianũ autẽ ſolũmo-
do apertum ſuper altare in eodẽ loco in quo poſuerãt
reperierũt: quo ſigno diuinitus ſunt edocti vt grego-
rianum officiũ deberet per mundum totum diſpergi:
ambroſianũ aũt tantũ in ſua eccleſia obſeruari. Sicqꝫ
ſancti patres ⁊ vt diuinitus edocti fuerant ſtatuerũt:
⁊ ſic vſqꝫ hodie obſeruatur. Narrat Joãnes diacones
qui vitã beati Gregorij compilauit ꝙ dũ vitam eius cõ
ſcriberet ⁊ cõpilaret quidã vir ſacerdotaliter inſigni-
tus ei dormienti: ⁊ ad laternã vt ſibi videbatur ſcribẽ
ti aſtitit. Cui deſuꝑ candidiſſima / et adeo tenuiſſima
veſtis erat: vt eiꝰ raritate nigredo ſubterioris tunice
appareret. Hic propiꝰ acceſſit ⁊ inflatis buccis riſum
cõtinere non potuit. Cũqꝫ Joãnes cũ iterrogaret: cur
vir grauioris officij ſic diſſolute rideret: qꝛ tu ſcribis
de mortuis quos viuentes nũꝙ vidiſti. Cui Joãnes.

Et ſi illum non nouerim facie: tamē de illo ſcribo q̄ didici lectiōe. At ille. Tu īquit vt video ſicut voluiſti feciſti: et ego q̄ facere potero non ceſſabo. Moxq̄ illi lumen laterne extinxit: ⁊ adeo ipm̄ perterruit: vt vehementer exclamans putaret ſe ab illo gladio iugulatum. Moxq̄ Gregorius affuit comitāte ſecū dextrorſum beato Nicolao: ſiniſtrorſum vero Petro diacono eiq̄ dixit. Modice fidei quare dubitaſti. Cūq̄ poſt cortinā lecti aduerſarius latitaret Gregorius ex manu petri diaconi magnā facem quā tenere videbat arripiēs eiusq̄ flāmis os facieq̄ ipſius aduerſarij exurens ad īſtar ethiopis denigrauit. Quedā aūt ſcintilla paruiſſima cadēs in eius veſtem candidā ipſam dicto citius ꝯflagrauit: ⁊ ſic nigerrimus totus apparuit. Dixitq̄ petrus beato Grego. Satis denigrauimus eum. Cui gregorius. Nos illū nō denigrauimus: ſed nigrū fuiſſe monſtrauimus. Sicq̄ ibidem multo relicto lumine abierunt.

¶ De ſancto longino. xlvij. B.



Longinus fuit qdā cēturio qui cū alijs militibus cruci dn̄i aſtans iuſſu pilati latus dn̄i lācea ꝑforauit: et videns ſigna q̄ fiebāt: ſolem. ſ. obſcuratum ⁊ terremotū in Chriſtū credidit maxime ex eo vt quidā dicunt q̄ cū ex infirmitate vl' ſenectute eius oculi caligaſſent de ſanguine xp̄i ꝑ lāceā decurrente fortuitu oculos ſuos tetigit: et prinus clare vidit. Unde renūciās militie ⁊ ab apl'is inſtructus ī ceſarea capadocie vigintiocto annis monaſticā vitā duxit: ⁊ verbo ⁊ exēplo ad fidē multos cōuertit. Cū aūt a ꝑſide tēt9 fuiſſet ⁊ ſacrificare nollet: iuſſit ꝑſes oēs dētes ei9 excuti ⁊ linguā abſcindi. Lōginus tn̄ ex hoc loq̄lā nō ꝑdidit: ſed accepta ſecuri oīa idola cōminuit et fregit: dicens. Si dij ſunt videbim9. Demones aūt de idolis exeūtes in ꝑſidē ⁊ in oēs ſocios ei9 īrauerūt: ⁊ īſanientes ⁊ latrātes ſe longini pedib9 ꝓſtrauerūt: ⁊ ait longin9 demonib9. Cur habitatis in idolis. Qui rn̄derūt. Ubi nō noiat xp̄s ⁊ ei9 ſignū nō eſt poſitū: ibi eſt habitatio nr̄a. Cū ḡ ꝑſes īſaniret ⁊ oculos amiſiſſet. Dixit ei lōgin9. Scito quia ſanari nō poteris niſi qn̄ me occideris: q̄ cito eni a te mortuus fuero ꝓ te orabo: ⁊ ſanitatem tibi corporis ⁊ anime impetrabo: ⁊ ſtatim eū decollari iuſſit. Poſt hoc abijt ad corpus eius ⁊ proſtratus cū lachrymis pniām egit: ⁊ cōtinuo viſum ⁊ ſanitatem recepit ⁊ in bonis operibus vitam finiuit.

¶ De ſancto Benedicto. xlviij. B.

Benedictus dictus eſt vel q2 multa bn̄dixit: vel q2 in hac vita multas benedictiones habuit: vel q2 oēs bene dicebāt d' eo: vel q2 eternam meruit benedictionem habere. Uitam eius ſanctus Gregorius ſcripſit.



Benedictus ex nurſia prouincia ortus cū rome liberalibus ſtudijs tradit9 eſſet in ipſa ſui infantia l'ras deſeruit ⁊ deſertū petere decreuit: quē nutrix ſua q̄ cū tenerrime diligebat vſq̄ in q̄ndā locū qui d' eſide ſecuta eſt vbi ad purgandū triticum mutuo capiſteriū petijt: ſed ſup menſam icaute ponēs cū corruiſſet ī duabus partibus fractū vidit. Quā Bn̄dictus flere cōſpiciēs ptes capiſterij accepit ⁊ ab oratione ſurgēs itegre ſolidatū inuenit. Poſt modū nutricē occulte fugiēs in quendā locū venit vbi tribus annis hoībus īcognitus māſit excepto qdā monacho romano noīe q̄ ſibi ſedule neceſſaria miniſtrabat. Cū vero ad ſpecū a romani monaſterio iter nō eſſet panē in lōgiſſimo fune ligabat ⁊ ſic eum deponere conſueuerat. Tintinnabulū etiā ipſi chorde inſeruit vt ad eius ſonitū vir dei cognoſceret qn̄ ſibi romanus panē preberet quem exiēs acciperet. Sed antiquus hoſtis vnius charitati: ⁊ alterius inuidēs refectioni: lapidē iactauit ⁊ tintinabulū fregit: ſ3 tn̄ romanus ſibi miniſtrare nō deſijt. Poſt hoc cuidā ꝑſbytero refectionē ſibi in paſchali ſolēnitate paranti dn̄s per viſum apparuit dicens. Tu tibi delitias ꝑparas ⁊ ſeruus meus illo ī loco fame cruciat. Qui ꝓtin9 ſurrexit ⁊ cū difficultate magna eū īueniēs dixit. Surge ſumam9 cibū: q2 hodie paſcha dn̄i eſt. Cui benedictus. Scio q2 paſcha eſt: q2 videre te merui. Lōge quippe ab hoībus poſitus: q2 die eadē paſchalis eſſet ſolēnitas ignorabat. Cui ꝑſbyter. Ueraciter hodie reſurrectionis dn̄ice dies eſt abſtinere te nō cōuenit: q2 ob hoc ad te miſſus ſum: ſicq̄ deū bn̄dicētes ſumpſerūt cibū. B. ¶ Quadā die auis quedā nigra q̄ merula vocat īportune circa eius faciē volitauit: ita vt ab eo manu capi potuiſſet. Sed ſigno crucis edito auis receſſit moxq̄ diabolus quandā feminam quā aliqn̄ viderat ante eius oculos mētis reduxit: eiuſq̄ animū tanto igne in ſpeciē illius accēdit: vt pene eremū voluptate victus deſerere deliberaret: ſ3 ſubito diuia gr̄a ad ſe reuerſus ꝯtinuo ſe exuit: et in ſpinis ⁊ vepribus q̄ ibi aderāt ſe adeo volutauit: vt toto corꝑe inde vulnerat9 exiret: ⁊ ꝑcutis vulnera: mētis vulnera educeret. Uicit itaq̄ petm̄: q2 mutauit incēdiū. Ab illo aūt tp̄e nulla poſtmodū tētatio ī eius corpore pullulauit. Crebreſcēte itaq̄ eius fama cū abbas monaſterij cuiuſdā obijſſet: tota ipſius monaſterij cōgregatio ad eum venit: ⁊ vt preeſſe eis deberet petijt. Qui diu negādo diſtulit ſuis illorūq̄ fratrū moribus ſe cōuenire nō poſſe ꝑdixit: ſed tandē victus aſſenſum dedit. Cūq̄ regulā illic diſtrictius ſuari preciperet ſemetipſos reprehēdebāt q̄ ipm̄ ſibi preeſſe popoſcerāt quoꝝ ſc3 fortitudo normā eius rectitudinis offendebat. Cūq̄ ſibi cū eo aſpicerēt illicita nō licere: ⁊ graue eſſe ſedulo aſſueta relinquere venenū vino miſcuerūt ⁊ ſibi recūbenti obtulerūt. Sed benedictus ſignū crucis edidit: ⁊ quaſi iactu lapidis vas illud vitreum fregit. Intelligens igitur quia potū mortis habuerat: q̄ portare nō potuit ſignū vite: illico ſurrexit ⁊ placido vultu dixit. Miſereatur veſtri omnipotens deus fratres nunquid non dixi vobis: q2 veſtris ac meis moribus nō cōuenirē. Tūc ad locū derelicte ſolitudinis redijt vbi crebreſcētibus ſignis claruit: ⁊ multis ad eū venientibus duodecim monaſteria ꝯſtruxit. In vno autem illorum quidam monachus erat qui ad orationē diu ſtare nō poterat: ſed orātibus alijs mox foras exibat, ⁊ aliqua terrena ⁊ trāſitoria agebat. Quod cū abbas illius monaſterij beato Benedicto narraſſet tunc illuc et vidit quod illum monachū qui manere in oratione non poterat quidam niger puerulus per veſtimēti fimbriam foras trahebat. Dixitq̄ abbati monaſterij ⁊ mauro monacho. Nunquid aſpicitis quis eſt iſte qui eū trahit. Cunq̄ reſpondiſſent nō: ait. Oremus vt vos etiā videatis. Orātibus illis maurus vidit: ſ3 abbas videre nō potuit. Die igit alia expleta oratione vir dei monachū foris reperit: quē pro ſui cecitate virga percuſſit: ⁊ extunc imobilis in oratione permanſit. Sicq̄ antiquus hoſtis dominari nō auſus eſt in eius cogitatione: ac ſi ipſe percuſſus fuiſſet ex verbere. Ex

bis monaſterijs tria ſurſum in rupibus montis erant.
que deorſum cū magno labore aquas hauriebāt. Cūq;
fratres illi virū dei ſepe rogarent: vt monaſteria ſua
mutaret quadā nocte cū quodā puero mōtem aſcēdit
vbi diuius orās tres petras in eodē loco ꝓ ſigno po-
ſuit. Cūq; de mane domū rediſſet ⁊ fratres ꝓ eadē cā
ad eū veniſſent dixit. Ite ⁊ illā rupem in qua tres pe-
tras poſitas inueneritis in medio cauate: valet enim
dñs deinde vobis aquā ꝓducere. Qui euntes iā illā
rupē ſudantem inuenientes cōcauū locū illū fecerūt: ⁊
mox aqua repletū viderūt q̄ vſq; nūc tā ſufficiēter ema-
nat: vt ab illo mōtis cacumine vſq; ad inferiora deſcē-
dat. Quadā vice dū circa monaſteriū viri dei quidā cū
falcaſtro vepres abſcideret ferrū de manubrio ꝓſiliēs
in quēdā lacū ꝓfundū cecidit. Cūq; de hoc ille nimis
anguſtiaret̄ vir dei manubriū i lacū poſuit: ⁊ mox fer-
rū vſq; ad ſuū manubriū enatauit. C. ¶ Placid⁹ puer
⁊ monach⁹ ad hauriendū aquā egrediēs flumē cecidit
⁊ mox ipſum vnda rapuit: ⁊ pene in vnius ſagitte cur-
ſum a terra introrſus traxit. Vir aūt dei in cella conſi-
ſtēs hoc in ſpū ſtatim nouit ⁊ maurū vocans quid de
puero accideret indicauit ac vt ad ipſum eripiēdū ꝑge-
ret imperauit. Accepta bñdictione concitus maurus
perrexit: ⁊ per terrā ſe ire exiſtimās ſuꝑ aquas vſq; ad
pueꝝ venit eumq; ꝑ capillos tenens de aqua extraxit.
Qui ad virū dei veniēs retulit q̄d acciderat. Sed ipſe
hoc nō ſuis meritis: ſed ei⁹ obediētie deputauit: p̄ſby-
ter quidā florētius noīe viro ei inuidēs ad tantā deue-
nit malitiā: vt panem veneno infectū viro dei tanq̄ ꝓ
bñdictione trāſmitteret. Quē ſctūs gratāter accepit:
⁊ coruo qui de manibus eius panē accipere ꝯſueuerat
ipſum ꝓiecit dicēs. In noīe ieſu xp̄i tolle hunc panē ⁊
eū in tali loco vbi a nullo hoīe ſumi valeat ꝓijce. Tūc
coruus aperto ore expāſis alis circa eundē panē cepit
diſcurrere atq; crocitare ac ſi aperte diceret ⁊ obedire
e velle: et tñ iuſſa iplere nō poſſe. Cui ſctūs iterū atq;
iterū p̄cipiebat dicēs. Leua leua eū ſecurus atq; ipſuꝫ
vt dixi ꝓijce. Qui tādē eū tollēs poſt tres dies rediit:
⁊ de manu eius annonā quā ꝯſueuerat accepit. Vidēs
aūt florētius q̄ corpus magrī necare non potuit ſe ad
extinguēdas diſcipulorū aīas accēdit: ita vt ſeptē nu-
das puellas in orto monaſterij luderet cātare faceret
vt ſic ad libidinem monachos inflāmaret. Qđ ſctūs
vir de cella ꝓſpiciens lapſum diſcipulis ꝑtimeſcēs in-
uidie locū dedit: ⁊ q̄buſdā ſecū aſſumptis fratrib⁹ ipſe
habitationē mutauit. Sed florētius cū in ſolario cōſi-
ſtens eū receſſiſſe cōſpiceret ⁊ gauderet: repēte ſolariū
cecidit ⁊ ipſum ꝓtinus extinxit. Tūc maur⁹ poſt virū
dei currens ait. Reuertere q̄ꝛ q̄ te ꝑſequebat̄ extinct⁹
eſt. Qđ ille audiēs vehemēter īgemuit vel q̄ꝛ inimic⁹
occubuit: vel q̄ꝛ de inimici morte diſcipul⁹ exultauit.
Qua de re factū eſt vt eidē penitentiā indiceret: q̄ mā-
dans talia gaudere de inimici morte p̄ſumpſiſſet. Ipſe
aūt ad aliū migrās locū nō hoſtē mutauit. Nā ad mōtē
caſſinū venit: ⁊ tēplū apollinis qđ ibi ſitū erat i ſancti
ioannis baptiſte oratoriū fabricauit ⁊ circūadiacētē
ppl'm ab idolatria cōuertit. Sed hoc antiquus hoſtis
grauiter ferēs corporalib⁹ ei⁹ oculis teterrim⁹ appa-
rebat: ⁊ in eū ore oculiſq; flāmātib⁹ viſibiliter ſeuie-
bat atq; dicebat. Bñdicte: bñdicte. Sed cum ille nihil
ſibi reſponderet: dicebat. Maledicte, maledicte: non
benedicte quid me perſequeris. Quadam die lapideꝫ
quēdam in terra iacentem fratres in edificium leuare
volebant: ſed nequaq̄ valebant. Cumq; virorum mul-
titudo abeſſet: ⁊ ab eis leuari non poſſet: adueniēs vir
dei benedictionem dedit: ⁊ tunc maxima celeritate le-
uatus eſt. Ex quo perpenderunt q̄ diabolus illic inſi-
debat ⁊ qui eum moueri nō permittebat. Cūq; fratres
parietē paulo altius edificarent antiquus hoſtis viro
dei apparuit: ⁊ q̄ꝛ ad laborātes fratres ꝑgeret indica-
uit qui ꝓtinus ei nunciū miſit dicēs. Fratres caute
vos agite: q̄ꝛ ad vos ſpūs malignus venit. Vix aūt nū-
cius verba cōpleuit: ⁊ ecce parietem antiquus hoſtis
euertit: et quēdā puerū monachum ruina cōtriuit: ſed
vir dei puerum mortuū ⁊ laceratum in ſacco ad ſe ad-
duci fecit: et oratione ſua ipſum reſuſcitās opere p̄di-
cto reſtituit. D. ¶ Laicus quidā honeſte vite ſingulis
annis ad viſitādū virū dei ieiunus venire cōſueuerat:
quadā igit̄ die dū illuc iret ſe illi alter viator adiūxit
qui ſumēdos ī itinere cibos portabat. Cūq; iā tardior
hora excreuiſſet dixit. Veni frater ſumamus cibū ne
laſſemur in via quo rñdente q̄ nullatenus cibū in via
guſtaret: ad horā ille ſubticuit: poſtmodū ad hoc ipſm
inuitauit: ſed ille conſentire noluit. Deniq; cū hora iā
p̄teriſſet ⁊ eos longū fatigaſſet iter: pratuꝫ ⁊ fontē et
queecunq; corpus ad reficiēdū delectare poterāt inue-
nerūt. Tūc viator hoc ei oſtēdens: rogauit vt paululū
guſtaret: ⁊ ibidē quieſceret. Cū igitur verba auribus
⁊ loca oculis blādirent̄ eidē cōſenſit. Cūq; ad bñdictū
veniſſet dixit ei vir dei. Ecce frater malignus hoſtis
ſemel tibi perſuadere nō potuit: ſcđo nō valuit ſed ter-
tio ſuperauit. Tunc ille pedibus ei⁹ aduolutus ſe de-
liquiſſe ingemuit. Totyla rex gothorū exꝑiri volens
vtrū vir dei ꝓphetie ſpm̄ haberet cuidā ſuo ſpatario
veſtimenta regalia tribuit: cūq; cū oī apparatu regio ad
monaſteriū deſtinauit: quē ille venientē ꝯſpiciēs dixit.
Pone fili: pone hoc qđ portas nō eſt tuū: qui ꝓtinus
in terrā cecidit: ⁊ q̄ꝛ tanto viro illudere p̄ſumpſiſſet
expauit. Clericus quidā qui a diabolo vexabat̄ ad vi-
rū dei vt ſanaret̄ adductus eſt. Cūq; ab eo diabolū ex-
puliſſet ait. Vade ⁊ de cetero carnes nō comedes: nec
ad ſacros ordines accedas. Quacūq; aūt die ad ſacros
ordines accedere preſumpſeris iuri diaboli mācipabe-
ris. Cum vero hoc aliquo tp̄e cuſtodiſſet: ſed minores
ſuos ſibi p̄poni in ſacris ordinibus cerneret verba vi-
ri dei quaſi ex lōgo tēpore oblitus poſtpoſuit atq; ad
ſacrum ordinē acceſſit quē mox is qui eū reliquerat
diabolus tenuit eūq; vexare quouſq; aīam eius excu-
teret nō ceſſauit. E. ¶ Vir quidā duos flaſcones vini
ꝑ quēdā puerū ad eum miſit: ſed ille vnū in via abſcō-
dit ⁊ aliū detulit. Vir aūt dei cū grāꝝ actione acce-
pit vnū ⁊ deſcendentē puerū admonuit dicēs. Fili vi-
de ne de illo flaſcone quē abſcōdiſti bibas: ſed inclina
illū caute ⁊ inuenies q̄d int⁹ habeat. Qui cōfuſus val-
de ab eo exiuit: ⁊ reuerſus volēs adhuc ꝓbare qđ au-
dierat cum flaſconē inclinaſſet ꝓtinus de eo ſerpēs
egreſſus eſt. Quadaꝫ vice dum vir dei in ſero cenaret
monachus q̄dā filius defenſoris ei aſſiſtēs ⁊ lucernā
tenens ꝑ ſpm̄ ſuperbie intra ſe cogitare cepit quis eſt
hic cui ego māducanti aſſiſto: lucernā teneo: ſeruitiuꝫ
impēdo: quis ſuꝫ ego: vt iſti ſeruiā. Cui ſtatim vir dei
ait: ſigna cor tuū fr̄, ſigna cor tuū q̄d eſt qđ loq̄ris: vo-
catiſq; fratrib⁹ lucernā iuſſit de manib⁹ ei⁹ tolli: ⁊ ipſm
vero iuſſit ad monaſteriū accedere ⁊ q̄etū ſedere. Go-
thorū q̄dā zalla nomine ꝑfidie fuit arriane q̄ totyle re-
gis tꝑib⁹ cōtra catholice eccl'ie religioſos viros ardo-
re immaniſſime crudelitatis exarſit ita vt q̄ſq̄s ei cleri-
cus monachuſue añ faciē veniſſet ab ei⁹ manib⁹ viu⁹
nullo modo exiret. Quadam vero die auaritie ſue eſtu
ſucceñſus in rapina rerū inhiās dum quendam ruſti-
cū crudelib⁹ tormentis affligeret cūq; ꝑ ſupplicia di-
uerſa laniaret victus penis ruſtic⁹ ſeſe res ſuas bñdi-

cto dei famulo cõmendaſſe ꝓfeſſus eſt. Et dñi hoc a tor
q̄nte credit ſuſpēſa interī crudelitate ad vitā interī
reparat. Tūc idē zalla ceſſauit ruſticū tormētis affli=
gere. Sed ei⁹ brachia loris tortib⁹ aſtrigēs añ equū ce
pit impellere vt quis eſſet ille bñdictus q̄ ei⁹ res ſuſce
perat demōſtret. Quē ligatis brachijs ruſtic⁹ antece=
dēs duxit ad ſancti viri monaſteriū. Cūq̄ añ īgreſſum
cellule ſolū ſedētē reperit ⁊ legētē: eidē aūt ſubſequē
ti ⁊ ſeuiēti zalle ruſtic⁹ dixit. Ecce iſte eſt de q̄ dixerā
bñdict⁹ pr̄ quē dū feruido ſpū cū pūerſe mentis inſa=
nia fuiſſet intuit⁹ eo errore quo ꝯſeruerat acturū ſe exi
ſtimans: magnis cepit vocib⁹ clamare dicens. Surge:
ſurge. Et res iſti⁹ ruſtici redde quas accepiſti. Ad cui⁹
vocē vir dei ꝓtin⁹ oculos leuauit: ⁊ a lectiōe ceſſauit:
eūq̄ intuitus mox ⁊ ruſticū q̄ ligat⁹ tenebat̄ attendit.
Ad cui⁹ brachia dū oculos deflexiſſet miro mō tāta ce
leritate ceperūt alligata brachia lora diſſoluere: vt diſ
ſolui tā ꝯcite nulla hoīm feſtinatiōe potuiſſent. Cūq̄
q̄ ligat⁹ venerat cepiſſet ſubito aſtare ſolut⁹ ad tante
ptātis vim tremefact⁹ zalla ad terrā corruit ⁊ ceruicē
crudelitatis rigide ad ei⁹ veſtigia inclināſ oratiōib⁹
ſe illi⁹ ꝯmendauit. Uir aūt ſctīſſ a lectiōe minime ſur
rexit: ſed vocatis fratribus eū introrſus tolli: vt bñdi=
ctionē acciperet p̄cepit. Quē ad ſe reductū vt a tāta cru
delitatis inſania q̄ſcere deberet admonuit. Qui refe=
ctus recedēs nihil vlteri⁹ repetere a ruſtico p̄ſumpſit
quē vir dei nō tāgēdo ſ; reſpiciendo ſoluerat. Quodā
tpe in cāpanie regione fame incubuerat magna q̄ oēs
alimentorū indigentia coāguſtabat: iāq̄ ī bñdicti mo
naſterio triticū deerat panes vero oēs cōſumpti fue=
rāt: vt nō pluſq̄ quinq̄ ad refectionis horā fratrib⁹ in
uenire potuiſſent. Cūq̄ eos venerabilis pater contri=
ſtatos cerneret eorū puſillanimitatē ſtuduit moleſta
increpatiōe corrigere ⁊ rurſum ꝓmiſſione ſubleuare
dicēs: quare de panis inopia veſter aīus cōtriſtat̄: ho
die q̄dē min⁹ eſt: ſed craſtina abūdāter habebitis. Se=
quenti aūt die ducenti farine modij añ fores celle ī ſac
cis inuenti ſunt q̄s oīpotens de⁹ q̄b⁹ deferentib⁹ trāſ
miſiſſet nūc vſq̄ manet incognitū: qd̄ cū fratres cerne=
rent dño gratias referentes didicerūt iā de abūdātia
nec in egeſtate dubitare. Legit̄ quoq̄ ꝙ q̄dā habebat
filiū morbo elephātino corruptū: ita vt iā pilis caden
tib⁹ cutis ītumeſceret atq̄ increſcentē ſaniē occultare
nō poſſet qui ad virū dei ab eodē patre ei⁹ miſſ⁹ ſaluti
priſtine ſub oī celeritate reſtitut⁹ eſt: ⁊ de hoc īmenſas
gratias dño obtulerūt: ⁊ poſtmodū dict⁹ puer ī bonis
opib⁹ p̄ſeuerāſ ī domo feliciter obdormiuit. Cū quoſ=
dā ex fratrib⁹ ad quēdā locū mitteret: vt ibidē mona=
ſteriū ꝯſtruerent: ꝯſtituta die ſe ad eos vēturū dixit ⁊
qualiter cōſtrui deberet iudicaret. Nocte vero eadē q̄
ꝓmiſſus illuceſcebat dies monacho quē illic p̄poſue=
rat: atq̄ ei⁹ p̄poſito ī ſomnis apparuit: ⁊ loca ſingula
vbi queq̄ edificari debuiſſēt ſubtiliter deſignauit. Cū
aūt viſioni fidē nō p̄barent ⁊ adhuc ipm̄ expectarent tā=
dem ad eū reuerſi dixerūt. Expectauim⁹ pr̄ vt venires
ſicut ꝓmiſeras: nec veniſti. Cui ille. Quare fratres iſta
dicitis. Nūquid nō vobis apparui: ⁊ loca ſingula deſi=
gnaui. Ite ⁊ ſicut ꝑ viſionem vidiſtis oīa ordinate. F.
¶ Nō longe ab eius monaſterio due ſctīmoniales fe=
mine ex nobili gñe erāt q̄ linguā nō reſtringebāt: ſed
eū qui eis p̄erat īcautis ſermonib⁹ ſepe ad iracūdiā ꝓ
uocabāt. Qui cū hoc viro dī retuliſſet mādauit eis di
cēs. Reſtrīgite linguā veſtrā alioquin excōicabo vos.
Quā excōicationis ſniam nō ꝓferēdo intulit: ſ; intē=
tando. Ille aūt nihil mutare intra paucos dies defun
cte ſunt: ⁊ ī eccīa ſepulte. Ubi dū miſſe celebrarent̄: ⁊
diaconus ex more diceret q̄ nō cōicat exeat foras: nu=
trix earū q̄ pro eis ſemꝑ oblationē offerebat eas de ſe
pulchris ſuis ꝓgredi ⁊ exire eccīā videbat. Cūq̄ ſctō
bñdicto nunciatū eſſet: ille manu ſua oblationē dedit
dicēs. Ite ⁊ hāc oblationē ꝓ eis offerte: ⁊ vlteri⁹ excō̄
cate nō erūt. Qd̄ cū factū fuiſſet ⁊ diacon⁹ ex more cla
maret ab eccīa de cetero exire viſe nō ſunt. Monach⁹
quidā cū ad viſitādos parētes exiſſet ſine bñdictiōe: ⁊
ea die qua ad eos ꝑuenit defunct⁹ fuiſſet ⁊ ſepultū ſe=
mel ⁊ bis terra reieciſſet: parentes eius ad eū venerūt
⁊ vt ei ſuā bñdictiōē īpenderet rogauerūt. Qui cor=
pus dñi accipiens ait. Ite ⁊ hoc ſuꝑ pect⁹ eius ponite
eūq̄ ſic ſepulture tradite. Qd̄ cū factū fuiſſet ſepultū
corp⁹ terra retinuit nec vltra ꝓiecit. Quidā monach⁹
in monaſterio manere nō valēs: viro dei tm̄ īſtitit do=
nec ipſū iratus abire ꝑmiſit. Qui mox vt de monaſte
rio exijt apto ore draconē in itinere īuenit. Quē cū de
uorare vellet: clamauit dicēs: currite: currite q2 draco
iſte vult me deuorare. Currētes aūt frēs draconē mi=
nime īuenerūt: ſ; tremētē ⁊ palpitātē mōachū ad mo
naſteriū reduxerūt. Qui ſtātī ꝓmiſit ſe nūq̄ de mona
ſterio receſſurū. Quodā āt tpe dū totā illā ꝓuinciā fa=
mes valida occuparet: ⁊ vir dei oīa q̄ inuenire poterat
egētib⁹ tradidiſſet. ita ꝙ nihil in monaſterio p̄ter mo
dicū olei in vaſe vitreo remāſiſſet: iuſſit celario vt illd̄
modicū olei cuidā egēti daret. Ille xp̄o imperātē audi
uit: ſ; implere ꝯtēpſit eo ꝙ nihil olei fratrib⁹ remane
bat. Qd̄ vt vir dei cōgit vas vitreū cū oleo ꝑ feneſtrā
ꝓijci iuſſit ne q̄d ī monaſterio ꝑ inobediētiā remane=
ret ꝓiectū itaq̄ vas cū ſuꝑ ingētia ſaxa cecidiſſet: nec
vas fractū nec oleū effuſum. Qd̄ ille leuare iuſſit ⁊ da
ri īteḡrū poſtulāti. Monachū aūt illū de inobediētia
⁊ diffidētia increpāſ ſe in orōnē dedit: ⁊ cōtinuo q̄dā
magnū doliū ꝙ ibi erat oleo plenū fuit: ꝙ adeo, exere=
uit vt ꝑ pauimentū effluere videret̄. B. ¶ Quadā vice
ad viſitādū ſororē ſuā deſcēderat. Cū ad mēſā ſederet
rogauit eū vt ſecū illa nocte remāeret. Cui cū ille nul
latenus acq̄eſceret illa caput in manib⁹ dñm rogatu=
ra inclinauit. Cūq̄ caput leuaſſet tāta coruſcatiōis et
tonitrui vi⁹ tātaq̄ īundatio pluuie erupit: vt nec q̄dē
pedē mouere poſſet: cū iā añ ſerenitas mira eſſet. Illa
eū q2 lachrimarū fluuios fudit ſerenitatē aeris ad plu
uiā ꝯuertit ⁊ traxit cui vir dei ꝯtriſtatus ait. Parcat ti
bi oīps de⁹ ſoror. Quid eſt qd̄ feciſtis. Cui illa rogaui
te ⁊ audire noluiſti: rogaui dñm ⁊ exaudiuit me. Nō
ergo egredere ſi poteſt ſicq̄ fctū eſt vt totā illā noctē ꝑ
uigiles ducerēt atq̄ ꝑ ſacra eloq̄a ſeſe vicaria relatio
ne ſatiarēt: tūc ecce poſt triduū cū ille ad monaſteriū
rediſſet: eleuatis oculis aīam ſororis ſue ī ſpē colūbe
celi ſecreta penetrātē aſpexit. Qui mox corp⁹ eius ad
mōaſteriū iuſſit deferri: ⁊ ī mōumēto qd̄ ſibi p̄parauе
rat collocari. Quadā nocte dū ꝑ feneſtrā cōſpiceret: ⁊
dñm exoraret vidit fuſā lucē deſuꝑ cunctas tenebras
noctis effugaſſe. Subito aūt oīs mūd⁹ velut ſub vno
ſolis radio collect⁹ añ oclos ei⁹ adduct⁹ eſt ibiq̄ aīam
germani epī capuani ad celū deferri vidēs manifeſte:
poſtea cōperit ꝙ eadē hora a corꝑe migrauit. H. ¶ Eo
dē anno quo de hac vita erat exitur⁹ obitus ſui diem
fratrib⁹ denūciauit. Ante ſextū xp̄o dié ſui exit⁹ ſibi ape=
riri ſepulcrū iubet. Qui mox febrib⁹ correptus cū ꝑ ſin
gulos dies lāguor ingraueſceret: ſexta die in oratoriū
ſe portari fecit ibiq̄ exitū ſuū dñici corporis ⁊ ſangui=
nis ꝑceptione muniuit atq̄ inter diſcipulorū manus
imbecillia mēbra ſuſtētāſ erectis ī celū manib⁹ ſtetit:
⁊ vltimū ſpm̄ inter verba orōnis efflauit. Ipſa aūt die
qua vir dei migrauit ad xp̄m duob⁹ fratrib⁹ vni ī cella

morāti alteri lōge poſito reuelatio eadē mōſtrata eſt. Uiderunt nāqꝫ viā lucidā pallijs ſtratā ac innumeris coruſcantē lāpadib⁹ a cella btī bn̄dicti verſus orientem ad celſi tēdentē:cui venerādo habitu vir deſup clarus aſſiſtēs cui⁹etiā ⁊ via quā cernerēt inq̄ſiuit. Qui cū neſcire ſe dicerēt ait. Hec eſt via q̄ dilect⁹ vir dei bn̄dict⁹ celſi aſcēdit. Sepult⁹ vero eſt in oratorio ſctī ioānis baptiſte qd̄ deſtructa ara apollinis ipſe ꝯſtruxit. Floruit circa annos dn̄i.cxviij.tpe iuſtini ſenioris.

¶ De ſancto Patricio. xlix. A.



Patrici⁹ q̄ cepit circa annos dn̄i cclxxx.dum ſcotoꝝ regis de xp̄i paſſione predicaret ſtās añ cū ⁊ appodiās ſe ſup ferulā quā manu tenebat ⁊ caſu pedi regis ſuppoſuerat:cū aculeo pedē pforauit. Rex vero credēs ſanctū ehm ex īduſtria hoc facere ⁊ ſe aliť fidē xp̄i nō poſſe ſuſcipe niſi ſilia pro xp̄o pateret patiēter ſuſtinuit. Sanctus hoc tandē intelligēs obſtupuit:⁊ precib⁹ regē ſanauit:ac toti ꝓuincie obtinuit q̄ nullū venenoſum aīal ibidē poſſit viuere. Qd̄ nō ſolū obtinuit:imo etiā ligna ⁊ coria illi⁹ regionis ꝯtra venena ſunt. Quidā vir ouē ſui vicini furatus fuerat ⁊ comederat. Et cū vir ſctūs ſepi⁹ hortaretur ſatiſfacere furē q̄cūqꝫ ille eēt ⁊ nullus cōpareret dū cot⁹ pplſ ad eccleſiā ꝯueniſſet:in vtute ieſu xp̄i precepit vt in cui⁹ vētrē ouis intraſſet corā oib⁹ balatū daret. Qd̄ factū eſt. Et egit reus pn̄iaꝫ:⁊ alij a furtis ſibi cauebāt. Erat ei cōſuetudo oēs cruces q̄s videbat deuote venerari:ſꝫ ante quandā crucē magnā ⁊ pulchrā inuiſam pteriit. A ſuis ſocijs aūt admonit⁹ cur illā nō viderit ⁊ nō inclinauerit:dū ꝓcib⁹ a dn̄o requireret cui⁹ eēt:audiuit vocē de ſub terra. Nō vidiſti q̄ ego hic ſepultus ſum pagan⁹ ⁊ ſigno crucis īdign⁹. Un̄ fecit crucem illā abinde tolli. B. ¶ Cū btūs patrici⁹ ꝑ hiberniā ꝑdicaret ⁊ fructū ibi ꝑ modicū faceret rogauit dn̄m vt aliqd̄ ſignū oſtēderet ꝑ qd̄ vel territi peniterent. Juſſu igiť dn̄i in quodā loco circulū magnū cū baculo deſignauit:⁊ ecce terra intra circulum ſe aperuit ⁊ puteus maxim⁹ ⁊ ꝓfundiſſim⁹ ibi apparuit. Reuelatūqꝫ ē btō patricio qd̄ ibi q̄dā purgatorij locus eſſet:in quē q̄ſq̄s vellet deſcendere alia ſibi pn̄ia nō reſtaret:nec aliud ꝓ pctīs purgatoriū ſentiret plerīqꝫ aūt īde nō redirēt ⁊ qui redirēt:eos a mane vſqꝫ in ſequēs mane ibidem moram facere oporteret. Multi igiť ingrediebanť qui decetero nō reuertebanť. Poſt lōgū igiť tp̄s mortuo patricio vir quidā nobilis noīe nicola⁹ qui pctā multa cōmiſerat:cū cū delictoꝝ ſuoꝝ peniteret ⁊ purgatoriū ſctī patricij ſuſtinere vellet:cū antea.xv.diebus vt oēs faciebāt ſe ieiunijs maceraſſet apto oſtio cū claui que in quadā abbatia ſeruabať ī predictū puteū deſcēdit:⁊ quoddā oſtiū a latere ipſi⁹ īuenit. In qd̄ ingrediēs cū quoddā ibi oratoriū repperiſſet:q̄dā monachi albis īduti oratoriū intrauerūt:⁊ officiū faciētes nicolao dixerūt vt cōſtās eſſet q̄ multa diaboli temptamēta eū ꝑcurrere oporteret. Cū ille ꝑq̄reret q̄ adiutoriū ꝯ hoc hr̄e poſſꝫ dixerūt. Cū te penis affligi ſenſeris ꝓtinus exclama ⁊ dic. Jeſu xp̄e fili dei viui miſerere mihi pctōri. Recedētibus igiť predictis viris ꝯtinuo aſſunt demōes:⁊ vt reuertať ⁊ ſibi obediat prīo blādis ꝓmiſſionib⁹ pſuadēt aſſerētes q̄ eū cuſtodiēt ⁊ ad ꝓpria incolumē ꝑducēt. Sed cū eis ille nullaten⁹ obedire vellet:ꝓtin⁹ diuerſarū ferarū terribiles audiuit voces pariter ⁊ mugitus ac ſi oīa elemēta cōcuterēťur. Ad quod cū ille terrore horribili palpitaret. Jeſu xp̄e fili dei viui miſerere mihi pctōri.ꝓtin⁹ exclamauit ⁊ ſtatim oīs feraꝝ illarum tumultus terribili ꝯquieuit. Proceſſit ⁊ vltra ad aliū locū:⁊ ibidē adeſt demonū multitudo dicētiū ſibi. Putas q̄ man⁹ nr̄as euaſeris. Nequaq̄:ſꝫ nūc poti⁹ incipies affligi ⁊ torq̄ri. Et ecce quidā maxim⁹ ignis ⁊ terribilis ibidē apparuit. Dixerūtqꝫ ei demones. Niſi nobis cōſenſeris in ignē te iactabim⁹ cōburēdū. Qd̄ cū ille renueret:ip̄m accepērūt ⁊ in illū ignē terribilē ꝓiecerūt. Ubi dū cruciareť ꝓtin⁹ exclamauit. Jeſu xp̄e ⁊c. ſtatimqꝫ ille ignis extinct⁹ eſt. Ad aliū deniqꝫ ꝓcedēs locū vidit quoſdā viros in igne viuos cremari:et laminis ferreis cādētib⁹ a demōib⁹ vſqꝫ ad viſcera flagellari:alioſqꝫ vētres habētes deorſum terrā pre dolore mordere ⁊ clamare. Parce parce. Quos tūc demones grauī⁹ flagellabāt. Alioſqꝫ vidit quoꝝ mēbra ſerpētes vorabant ⁊ bufones ignitis aculeis eoꝝ viſcera extrahebāt. Qui cū eis aſſentire nollet in eūdē ignē ⁊ penas proijciť ⁊ eiſdē laminis ⁊ penis flagellať:ſed cū ille exclamaſſet. Jeſu xp̄e ⁊c. a pena predicta ꝓtin⁹ liberatus eſt. Deinde ꝓceſſit ad quēdā locū vbi hoīes ſartagine frigebantur:vbi rota maxima erat vncinis ferreis ignitis plena in quib⁹ per diuerſa membra homines erant ſuſpēſi:que tam velociter voluebatur q̄ globū igneū emittebat:poſt hoc vidit maximā domū habentē foueas metallis bullientib⁹ plenas in q̄bus alij vnū pedem:alij duo habebāt:alij ibi erant vſqꝫ ad genua:alij vſqꝫ ad ventrē:alij vſqꝫ ad pectus:alij vſqꝫ ad collū:alij vſqꝫ ad oculos. Sꝫ hec oīa ꝑcurrēs nomē dei inuocabat. Proceſſit iteꝝ ⁊ quēdā latiſſimū puteū intuetur de quo fumus horribilis ⁊ fetor intolerabilis exibat. Indeqꝫ hoīes vt ferrū cādentes in modum fauillarū exibant:ſꝫ demones eos reimpigebāt. Dixeruntqꝫ ei demones. Locus ille quē cōſpicis eſt infern⁹ in quo dn̄s noſter beelzebub habitat:in ipſum igitur puteū te iactabim⁹ ſi nobis aſſentire recuſas. Poſtq̄ autē illuc iactatus fueris nullū inde remediū euadendi obtinebis:quos dū ille audire cōtēneret:ipſum arripiētes in predictū puteū iactauerūt. Qui tam vehemēter doloſe abſorptus eſt vt fere oblit⁹ fuerit nomē dn̄i inuocare. Sꝫ dū ille ad ſe rediēs Jeſu xp̄e ⁊c. exclamaſſet corde:q̄ voce non poterat:ꝓtinus inde illeſus exiuit et oīs demonū multitudo tanq̄ victa euanuit. Procedēs ad locū aliū vidit quēdā pōtē ſuꝑ quē cum trāſire oportebat:qui q̄dē erat ſtrictiſſim⁹ ⁊ inſtar glaciei polit⁹ ⁊ lubric⁹ ſub quo fluui⁹ ingēs ſulphure⁹ et igne⁹ fluebat. Suꝑ quē dū trāſire ſe poſſe oīnō deſperaret tn̄ recordat⁹ vbi q̄ eū de tot malis eruebat ꝯfidēter acceſſit ⁊ vnū pedem ſuꝑ pontē ponēs. Jeſu xp̄e ⁊c. dicere cepit. Ualidus aūt clamor adeo eum terruit vt ſubſiſtere vix valeret:ſꝫ predictū vbū ꝓtulit ⁊ ſecurus māſit. Deinde aliū pedē poſuit:⁊ eadem vba iterauit. Ad quēlibet etiā paſſum eadē vba ꝓtulit:⁊ ſic ſecur⁹ tranſiuit. Cū ergo trāſiſſet in quoddā pratū ameniſſimum deuenit vbi diuerſoꝝ floꝝ mira ſuauitas redolebat. Et ecce duo ſpecioſi iuuenes ei apparuerūt q̄ ip̄m vſqꝫ ad quādā ciuitatē ſpecioſiſſimam ex auro ⁊ gēmis mirabiliť rutilantē ꝑduxerūt. De cui⁹ porta odor mirabilis emanabat q̄ illū adeo recreauit q̄ nullū dolorem vel fetorē ſenſiſſe videbať. Dixerūtqꝫ ei q̄ illa ciuitas paradiſus eſſet. In quē cū nicolaus intrare vellet dixerūt ei predicti iuuenes q̄ primo ad ſuos rediret:⁊ per loca ꝑ que venerat eū redire oporteret demones tn̄ eū non lederent:ſꝫ eo viſo territi fugerent. ⁊ q̄ poſt xxx.dies in pace deſcederet:⁊ tūc illā ciuitatē ciuis perpetuus introiret. Tūc nicolus inde aſcēdens ſupra puteum ſe reſtitutū inuenit:⁊ oīa oibus q̄ ſibi cōtigerāt

narrans poſt.xxx.dies in dño feliciter requieuit.

¶ De annunciatione dñica. l. B.



ANnunciatio dñica dr̃ q2 tali die ab angelo aduẽt⁹ filij dei in carnem fuit annũciatus. Cõgruũ ei fuit vt incarnationẽ filij dei p̃cederet angelica annũciatio triplici rõne: p2io rõne ordinis ꝯnotãdi: vt.ſ.ordo reparationis rñderet ordini preuaricationis vñ ſicut diabolus tẽtauit mulierẽ vt eã ptraheret ad dubitationẽ ⁊ per dubitationẽ ad ꝯſenſum ⁊ p ꝯſenſum ad lapſuʒ: ſic angelus nũciauit ẏgini vt nunciando excitaret ad fidẽ: ⁊ p fidẽ ad ꝯſenſum: ⁊ per ꝯſenſum ad cõcipiẽdũ filiũ dei. Scdo rõne miniſterij angelici: q2 cũ angelus eſt dei miniſter ⁊ ſeru⁹ ⁊
» btã ẏgo electa erat vt eſſet dei mater: ⁊ ꝯgruũ eſt mini
» ſtrũ dño famulari: cõueniẽs igit̃ fuit vt btẽ ẏgini annunciatio p angelũ fieret. Tertio rõne lapſus ãgelici reparãdi. Q2 eñi incarnatio nõ tñ faciebat ad reparationẽ humani lapſus: ſʒ etiã ad reparationẽ ruine angelice: iõ angeli nõ debuerũt excludi. Unde ſicut ſex⁹ muliebris nõ excludit̃ a cognitione miniſterij incarnationis ⁊ reſurrectionis: ſic etiã nec angelicus nuncius: imo de⁹ vtrũqꝫ angelo mediãte nũciat mulieri.ſ. incarnationem virgini marie: ⁊ reſurrectionẽ marie magdalene. Cũ ergo virgo beata a tertio anno etatis
» ſue vſqꝫ ad quartũdecimũ annũ in tẽplo cũ alijs virgi
» nibus extitiſſet: ⁊ votũ de ſeruãda caſtitate emiſiſſet: niſi de⁹ aliter diſponeret: eã ioſeph deſpõſauit dño reuelante ⁊ ioſeph virga frõdente ſicut in hiſtoria de natiuitate beate virgĩs plenius ꝯtinet̃ ⁊ in bethleem vñ oriundus erat neceſſaria nuptijs ꝓuiſurus iuit: ipſa
» vero in nazareth ĩ domũ parẽtũ redijt. Nazareth in
» terpretat̃ flos: vñ dicit Ber. ꝙ flos naſci voluit de flore in flore ⁊ floris tp̃e. Ibi igit̃ angelus ei apparuit et ipſam ſalutauit dicẽs. Aue gratia plena dñs tecũ: bñdicta tu in mulieribus. Ber. Inuitat nos ad marie ſalutationẽ gabrielis exemplũ Joãnis tripudiũ ⁊ reſalutationis lucrũ. Sed hic primo vidẽdũ eſt quare dñs matrem ſuã voluit deſpõſari. Sup hoc aſſignat Ber. tres rõnes dicẽs. Neceſſario deſpõſata eſt Maria Joſeph: qñ per hoc myſteriũ a demonib⁹ abſcõditur: ⁊ a ſpõſo ẏginitas comprobatur ⁊ ẏginis tam verecũdie ꝙ̃ fame ꝓuidet̃. Quarta rõ eſt vt ab oĩ gradu mulieris opprobriũ toleretur.ſ.a cõiugatis ẏginibus ⁊ viduis. Unde ipſa virgo in hoc triplici ſtatu fuit. Quinta vt viri miniſterio vteret̃. Sexta vt matrimonij bonũ comprobaret̃. Septĩa vt p viri genealogie ſeries texeret̃. Dixit ergo angelus. Aue gratia plena. Ber. in ventre gratia deitatis: in corde gratia charitatis: in ore gr̃a affabilitatis: in manibus gr̃a mĩe ⁊ largitatis. Idem. Uere plena: q2 de plenitudine eius captũt vniuerſi captiui redẽptionẽ: egri curationẽ: triſtes cõſolationẽ: peccatores veniã: iuſti gratiã: angeli letitiã: deniqꝫ tota trinitas gloriã: filius hoĩs humane carnis ſubſtantiam. Dñs tecũ. Dñs pater tecũ q̃ genuit quẽ cõcipis: ⁊ dñs ſpiritusſanctus de quo cõcipis: ⁊ dñs filius quem carne tua induis: ſic dicit Ber. Bñdicta tu in mulieribus.i.ſuper oẽs mulieres: q2 ſcʒ eris mater ⁊ virgo ⁊ mater dei. Triplici maledicto mulieres ſubiecte erãt, ſcʒ maledicto opprobrij: maledicto peccati: ⁊ maledicto ſupplicij. Maledicto opprobrij quo ad nõ cõcipiẽtes. Unde dixit Rachel: abſtulit deus opprobriũ meũ. Maledicto peccati quo ad cõcipientes: vnde p̃s. Ecce enim in iniq̃tatibus cõceptus ſum. Maledicto ſupplicij quo ad parturiẽtes. vnde in Geñ. In dolore paries ⁊c. Sola aũt virgo Maria bñdicta eſt inter oẽs mulieres cuius ẏginitati fecũditas addit̃ ⁊ fecũditati in ꝯceptu ſanctitas ⁊ ſanctitati in partu iocunditas. Dicit̃ ergo gratia plena ſicut dicit Ber. ꝓpter quatuor que fuiſſerunt in eius mẽte q̃ fuerũt deuotio humilitatis: reuerentia pudoris: magnitudo credulitatis: martyrium cordis. B. ¶ Dicitur dñs tecum propter illa quatuor que ei fuiſſerũt de celo ſicut idem dicit que ſunt marie ſanctificatio: angelica ſalutatio: ſpũſſancti ſupuẽtio: filij dei incarnatio. Dicit̃ etiam benedicta tu in mulieribus. Propter alia quatuor q̃ ſicut ibidem dicit: fuiſſerũt in eius carne: q2.ſ. fuit ẏginitatis primiceria ſine corruptione fecũda: ſine grauedine grauida: ⁊ ſine dolore puerpera. Que cũ audiſſet turbata eſt in ſermone angeli ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Hinc apparet laus ẏginis in auditu: affectu et cogitatu. In auditu laudat̃ modeſtia: q2 audit ⁊ tacet. In affectu verecũdia vñ turbata eſt. In cogitatu prudẽtia: q2 cogitauit q̃lis eſſet iſta ſalutatio. Turbata eſt aũt de ãgeli ſermone non de eius viſione qñ beata virgo angelos ſepe viderat: ſʒ nũqꝫ talia loquẽtes audierat. Petrus rauch. Uenerat inq̃t angelus blãdus in ſpecie: ſʒ ĩ ſermõe terribilis. Uñ quã leuiter letificauit viſus nimiũ turbauit auditus. Ber. Qð turbata eſt fuit verecundie ẏginalis: ꝙ nõ pturbata fortitudinis ꝙ tacuit ⁊ cogitauit prudẽtie ⁊ diſcretiõis. Et tũc angelus ꝯfortans eã dixit. Ne timeas maria inueniſti gratiã apud dñm. Ber. Quã gratiã dei ⁊ hoĩʒ pacẽ mortis deſtructionẽ vite reparationẽ. Ecce ꝯcipies ⁊ paries filiũ ⁊ vocabis nomẽ ei⁹ ieſum.i. ſaluatorẽ: q2 ſaluũ faciet pp̃lm ſuũ a pctĩs ei⁹. Hic erit magn⁹ ⁊ fili⁹ altiſſimi vocabit̃. Ber. Hoc eſt ille q̃ eſt magnus de⁹ futur⁹ ẽ magn⁹.ſ. magn⁹ hõ, magn⁹ doctor, magn⁹ ꝓpheta. Dixit aũt maria ad angelũ. Q̃uo fiet iſtud qñ virũ nõ cognoſco.i. me non ꝓpono cognituram. Et ita fuit virgo mẽte carne ꝓpoſito. Sed ecce maria interrogat: ⁊ q̃ interrogat dubitat. Cur ergo ſolus zacharias plagã taciturnitatis incurrit. Sup hoc petrus rauch. aſſignat quatuor rõnes dicens. Ille pctõꝝ cognitor nõ ẏba: ſʒ corda p̃uidit. Nõ q̃d dixerint: ſʒ q̃d ſenſerint iudicauit. Erat eñi interrogantiũ cã diſſimilis ſpecies diuerſa. Hec ꝯtra naturã credidit ille dubitauit pro natura. Hec integre ordinẽ querit ille q̃ deus vult fieri nõ poſſe p̃ſcribit. Ille ip̃i lentib⁹ exẽplis nõ accedit ad fidẽ hec ſine exẽplo p̃currit ad fidẽ. Hec miratur de partu ẏginis ille de ꝯceptu diſputat cõiugali. Nõ ergo dubitat de facto: ſed modũ querit ⁊ ordinẽ. Nam cũ triplex ſit modus cõcipiendi naturalis ſpũalis ⁊ mirabilis: quo iſtoꝝ cõcipiat ſciſcitat̃. Et rñdens angel⁹ dixit ei. Spũſſctũs ſupueniet in te: qui ipm̃ tuũ conceptũ efficiet. Uñ ⁊ dr̃ de ſpũſctõ cõceptus ⁊ hoc ꝓpter quatuor rõnes. C. ¶ Primo ꝓpter oſtẽſionẽ eximie charitatis: vt.ſ. oſtẽdat̃ ꝙ ex ineffabili dei charitate verbũ dei caro factum eſt. Jo.iij. Sic deus dilexit mundũ ⁊c. Et hec rõ eſt magiſtri ſententiarũ. Scdo ꝓpter oſtẽſionẽ gratie abſqꝫ meritis vt per hoc qð dr̃ conceptus de ſpũſancto oſtẽdatur ꝙ ſit ex ſola gratia quã nulla hominũ preceſſerunt merita. Et hec eſt ratio Aug. Tertio ꝓpter virtutẽ operationis: q2 ſcʒ operatione ⁊ virtute ſpũſſancti cõcept⁹ eſt. Et hec eſt ratio Ambr. Quarto ꝓpter motiuum cõceptionis. Et hec eſt ratio Hugo. de ſancto victore. Motiuum vt ait cõceptionem naturalem eſt amor viri in mulierẽ ⁊ amor mulieris in virum. Sic in virgine inquit: q2 in ei⁹ corde amor ſpiritusſancti ſingulariter ardebat: ideo in eius carne amor ſpiritusſancti mira

bi illa faciebat. Et virt⁹ altiſſimi obūbrabit tibi hoc ſm
glo. ſic exponitur. Umbra a lumine ꝛ corpore obiecto
ſolet formari ꝛ virgo ſicut purus hō plenitudinē diui
nitatis capere nequibat. Sed virtus altiſſimi obūbra
bit. Dū in ea incorporea lux diuinitatis corp⁹ ſuſcepit
hūanitatis vt ſic poſſet deū pati. Hāc expoſitionem vi
det tāgere Ber. qui ſic ait. Quia de⁹ ſpūs eſt. nos xo
vmbra corporis ſui tēperauit ſc nobis: vt p obiectū vi
uifice carnis videam⁹ verbū in carne: ſolē in nube: lu
mē in teſta: cereum in laterna ſm Ber. ſic exponit. q. d.
Illū modū quo de ſpūſctō concipies dei virt⁹ xps in
ſuo ſecretiſſimo ꝯſilio obūbrādo occultabit vt ſibi tm̄
notū habeat ꝛ tibi. Ac ſi dicat. Quid ad me q̄ritis qđ
in te mox experieris. Scies ſcies ꝛ feliciter ſcies: ſꝫ il
lo doctore quo autore. Ego nūciare miſſus ſuꝫ xgina
lē ꝯceptū nō creare. Uel obūbrabit. i. te a vitiorꝫ eſtu
refrigerabit. Et ecce elizabeth cognata ꝛc. Ecce dicit
vt oñdat hoc eſſe magnū nouū vicinū. Quattuor de cau
ſis ꝯcept⁹ elizabeth marie nūciat ſm Ber. d. ¶ Prīa
eſt cumulus letitie. Scđa ꝑfectio ſcīe. Tertia ꝑfectio
doctrine. Quarta obſequiū mīe. Dixit enī ſic Hieron.
Sterilis cognate ꝯcept⁹ marie nūciat vt dū miracu
lū miraculo addit: gaudio gaudiū cumulet. Uel iō qꝛ
ꝑfecto decebat vt xbum mox diuulgandū vbiqꝫ ſciret
prius xgo per angeluꝫ q̄ audiret ab hoīe. ne mr̄ dei a
ꝯſiliis filii videret amota ſi eorꝫ q̄ in terris tā ꝓpe gerū
tur remāſiſſet ignara. Uel iō potius vt dū tūc ſaluato
ris nūc ꝑcurſoris edocet aduēt⁹ rerꝫ tēp⁹ ꝛ ordinē te
nens ipſa ꝑoſtmodū ſcriptorib⁹ atqꝫ ꝑdicatorib⁹ refe
ret veritatē. vel ideo vt audiēs cognatā vetulā ꝛ gra
uidam cogitet iuuēcula de obſequio vt ſic paruulo pro
phete det loc⁹ obſequēdi dño ꝛ mirabili⁹ miraculum
fiet de miraculo. Itē Ber. Da xgo rñſum feſtinanter.
O dña rñde xbū ꝛ ſuſcipe xbū ꝓfer tuū ꝛ ſuſcipe diui
nuꝫ emitte trāſitoriū ꝛ amplectere ſempiternū: ſurge:
curre: aperi. Surge ꝑ fidē: curre ꝑ deuotionē: aperi ꝑ
ꝯſenſum. Tūc maria expāſis manib⁹ ꝛ oculis ad celū
eleuatis ait. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm xbum tuuꝫ.
Ber. Aliis in ore: aliis in aure: aliis in manu verbū dei
factū fuiſſe memorat. Marie aūt factū eſt in aure per
angelicā ſalutationē: in corde ꝑ fidē: i ore ꝑ ꝯfeſſionē:
in manu ꝑ ꝯtrectationē: in vētre ꝑ icarnationē: i gre
mio ꝑ ſuſtentationē: in brachiis ꝑ oblationē. Fiat mi
hi ſm xbū tuū. Ber. Nolo vt fiat mihi aut declamato
rie ꝑdicatū: aut figuraliter ſignificatū: aut imaginato
rie ſomniatū: ſꝫ ſilēter iſpiratū: ꝑſonaliter incarnatū
corꝑaliter inuiſceratū. Statimqꝫ fili⁹ dei in vtero illi⁹
ꝯcept⁹ eſt perfect⁹ deus: ꝑfect⁹ hō ꝛ i ipa prīa die ꝯ
ceptionis tāte ſapiētie ac potētie extitit quāte in trice
ſimo anno fuit. Tunc ſurgens maria abiit in montana
ad elizabeth. Et cū eā ſalutaſſet ioānes i ei⁹ vtero exul
tauit. glo. Qꝛ lingua nō poterat: aīo exultāte ſalutat ꝛ
ſue ꝑcurſionis offm̄ inchoat. Fuit autē in eius obſeqo
trib⁹ mēſibus donec ioānes naſceret quē manib⁹ ſuis
de terra leuauit: ſicut in libro iuſtorꝫ legit. In hac die
vt dr per multa tēporꝫ curricula deus multa opat⁹ eſt.
Que qdam egregiis xſib⁹ ſic declarauit. Salua feſta
dies q̄ vulnera nr̄a coerces. Angelus eſt miſſus ē paſ
ſus i cruce xps. Eſt adā factus ꝛ eodē tpe lapſus Ob
meritū decime cadit abel fratris ab enſe. Offert mel
chiſedech. Iſaac ſupponit aris. Eſt decollat⁹ xpi bapti
ſta beatus. Eſt petrus erect⁹: iacob⁹: ſub herode perē
ptus. Corpora ſctōrꝫ cuꝫ xpo multa reſurgunt. Latro
dulce tm̄ ꝑ xpm ſuſcipit amē. E. ¶ Miles quadā diues
ac nobilis ſeculo abrenunciauit ꝛ ordinē ciſtercienſiū
introiuit: ꝛ qꝛ literas neſciebat erubeſcētes monachi
tam nobilem perſonam inter laicos deputari. dederūt
ei magiſtruꝫ ſi forte modicū addiſcere poſſet: ꝛ ſub hac
occaſione inter monachos permaneret. Sꝫ cū diu cū
magiſtro fuiſſet ꝛ nihil oīno preter hec duo vocabula:
aue maria diſcere potuiſſet. Hec taꝫ auide retinuit: vt
quocūqꝫ deambularet qcqd ageret ea inceſſanter no
minaret. Tandē morit ꝛ in cimiterio cū aliis fratrib⁹
ſepelit: ꝛ ecce ſuper eius tumulū ſpecioſuꝫ excreſcit li
liū ꝛ quodlibet foliū aue maria lr̄is aureis habebat in
ſcriptū. Currētes oēs ad tā grāde ſpectaculū terraꝫ de
tumulo effoderūt ꝛ radicē lilii de ore defuncti ꝓcedere
repererūt. Intellexerūt ergo cū quāta deuotione illa
duo xba dixerat: quē dñs tāti honore ꝓdigii illuſtra
uit. Quidā miles quoddā i via caſtrū hēbat ꝛ oēs trā
ſeūtes ſine miſeratione aliq̄ ſpoliabat. xginē tamē ma
trem dei quotidie ſalutabat: nec ꝑ aliq̄ impedimento
emergēti ab illa ſalutatione aliq̄ die ceſſare volebat.
Accidit aūt vt qdā vir religioſus ꝛ ſctūs inde trāſitū
faceret. ꝛ ipm ꝑdict⁹ miles ꝯtinuo expoliari iuberet.
Uir aūt ſctūs rogauit ꝑdones vt ipm ad dñm ſuū de
ducāt: qꝛ ad ipm hꝫ ſecreta q̄ ꝑferat. Adduct⁹ aūt roga
uit militē vt oēs de familia ſua ꝛ caſtro ꝯgregari face
ret vt eis xbū dñi ꝑdicaret: cū aūt ꝯgregati fuiſſent. il
le ait. Nequaq̄ hic eſtis oēs: ſꝫ aliqs adhuc deeſt. Cui
cū oēs ſe ibidē eſſe aſſererēt aiebat. Diligēter ꝑquirite
ꝛ aliquē iuenietis abeſſe. Tūc vn⁹ exclamās dixit. qm̄
ſolus camerarius illuc nō veniſſet. Ille aūt dixit. Uere
ipſe eſt q̄ ſolus deeſt. Pro eo igit cito mittit: ꝛ i mediū
deducit. Cū aūt virū dei vidiſſet reuolutis terribiliter
oculis caput inſtar inſani agitabat: nec ꝓpi⁹ accedere
audebat. Uir autem ſctūs dixit ei. Adiuro te ꝑ nomen
dñi nr̄i ieſu xpi: vt quis ſis nobis ediſſeras ꝛ ob quam
cāꝫ huc veneris palam pādas. cui ille rñdit. Heu adiu
rat⁹ ꝓcedere cogor iuit⁹. Ego enī nō ſum hō ſed demō
q̄ formā hoīs accepi ꝛ. xiiii. ānis cū hoc milite ſic ꝑmā
ſi. Nāꝫ nr̄ princeps me huc miſit vt die q̄ hic ſue marie
ſalutationē nō diceret diligēt⁹ obſeruarē. vt i eū ptā
te accepta ipꝫ ꝯtinuo ſtrangularē. Et ſic i malis opib⁹
vitā finiēs nr̄ eſſet. Quacūqꝫ enī die illā ſalutationem
dicebat in eū ptātē habere nō poterā. Ecce aūt de die
in diē diligenti⁹ obſeruaui ꝛ nullū diē quin eā ſaluta
uerit pretermiſit. Hec miles audiēs vehemēter obſtu
puit: ꝛ ad pedes viri dei ſe ꝓiciēs veniā poſtulauit: et
in melius deinceps vitam mutauit. Uir autem ſanct⁹
dixit demoni. Precipio tibi demō in noīe dñi ieſu xpi
vt hinc abſcedas ꝛ talē hactenus locum poſſideas vt
nulli glorioſam dei genitricē inuocanti nocere preſu
mas hec vbi iuſſa dedit demon abſcedens euanuit. Et
miles virum ſanctum cuꝫ reuerentia ꝛ gratiarū actio
ne liberum abire permiſit.

¶ De paſſione domini. li. A.



Paſſio xpi fuit ex dolore amara ꝛ
illuſione deſpecta ꝛ ex vtilitate
multiplici fructuoſa. Dolor aūt cauſa
tur ex qnqꝫ. Primo ex eo q̄ ipſa paſſio
fuit ignominioſa. Et hoc ꝓpter igno
minioſum locū: qꝛ i caluaria vbi male
factores puniebāt. Propter ignomi
nioſum ſupplicium: qꝛ morte turpiſſi
ma cōdēnatus eſt. Crux enim ſuppli
cium: erat latronum. Et licꝫ crux tūc
eſſet multe ignominie: nūc eſt imenſe
glorie vn̄ Aug. Crux q̄ erat ſuppliciū latronū: nūc trā
ſit ad frontes imꝑatorū. Si tm̄ honorē deus contulit
ſupplicio ſuo q̄d cōferret ſeruo ſuo. Propter ignomi
nioſum cōſortiū: qꝛ cū ſceleratis deputat⁹ ē. i. cū latro

nibus q̄ primo erāt ſcelerati. ſ; poſtea vnus cōuerſus
eſt.ſ.diſmas q̄ erat a dextris ſicut dr̄ in euāgelio nico-
demi: ⁊ ali⁹ dānat⁹.ſ.geſma: qui erat a ſiniſtris. Uni ꝙ
dedit regnū alteri ſupplicium. Ambro. Autor pietatis ī
cruce pendēs ī ſingulis negotijs pietatis officia diui-
debat ꝑſecutionē aplīs: pacē diſcipulis: corpus iudeis
crucifixoꝛib⁹ veſtimēta: patri ſpm̄: xginī paranymphū
latroni paradiſum: pctōꝛib⁹ infernū: crucē xp̄ianis pe
nitētibus ꝯmēdabat. Ecce teſtm̄ q̄d fecit xp̄s in morte
2 pendēs in cruce. Scd̄o ex eo ꝙ fuit iniuſta: qꝛ pctm̄ nō
fecit ⁊ nō eſt inuētus dolus in oꝛe ei⁹. ⁊ lō q̄ venit indi
gne pena dolēda venit. De trib⁹ eñ iniuſte ꝓcipue eū;
accuſabāt. vc; qꝛ tributū reddi ꝓhibebat: qꝛ ſe regē di-
cebat: ⁊ qꝛ filiū dei ſe faciebat. Cōtra has tres accuſa-
tiones dicimus in paraſceue in ꝑſona ſaluatoꝛis tres
accuſatiōes. Popule me⁹ q̄d feci tibi ⁊c. vbi exprobrat
xp̄s tria bñficia eis collata.ſ. liberationē ab egypto re
gīmē in deſerto plātationē vinee in loco optimo quaſi
xp̄s dicat. Accuſas me de redditione tributi poti⁹ gra
tias agere deberes: qꝛ liberaui te a tributo. Accuſas
me qꝛ dixi me regē: poti⁹ deberes gr̄as agere: qꝛ regali
ter paui te in deſerto. Accuſas me qꝛ me filiū dei dixi:
poti⁹ deberes gr̄as agere: qꝛ te in vineā meā elegi: ⁊ in
3 loco optimo plātaui. Tertio ex eo ꝙ fuit paſſus ab ami
cis. Tolerabilioꝛ enim eſſet doloꝛ ſi pateref ab his q̄
aliqua de cā deberēt eſſe ei⁹ inimici vel ab his q̄ eſſent
alieni vel extranei: vel ab his q̄bus aliqua incōmoda
intuliſſet: ſed tñ patif ab amicis.i. ab his qui deberēt
eſſe ſui amici. Item a ꝓximis id eſt ab his de quoꝝ ſtir
pe natus eſt. De his duobus dr̄ in ps. Amici mei ⁊ ꝓxi
mi mei. Job. xxx. Noti mei quaſi alieni receſſerūt a me
Itē ab his q̄bus multa bona ꝯtulerat. Jo. viij. Multa
bona operatus ſum eis. Bern. O bone ieſu ꝙ dulciter
cum hoībus cōuerſatus es: ꝙ magna et abūdātiſſima
eis largitus es ꝙ dura ⁊ aſpera ꝓ eis paſſus es: dura
4 xba duriora xbera duriſſima crucis tormēta. Quarto
rōne teneritudinis coꝛpoꝛis. Unde in figura dauid di
citur de eo. ij. Reg. penul. Ipſe eſt quaſi tenerrimus li
gni vermiculus. Bern. O iudei lapides eſtis lapidem
ꝑcutitis molliorē de quo reſonat tinnitus pietatis et
ebullit oleū charitatis. Itē Hiero. Traditus eſt ieſus
militibus verberādus: ⁊ illud ſacratiſſimū coꝛpus pe
5 ctuſq; deicapax flagella ſecuerūt. Quinto ex eo ꝙ fuit
vniuerſalis: qꝛ ꝑ oēs partes ⁊ oēs ſenſus. Primo eñ
fuit hic doloꝛ in oculis: qꝛ lachꝛymatus eſt ſicut dr̄ ad
Heb. v. Bern. Aſcendit in altu; vt longius audiretur
fortiter clamabat/ vt nullus excuſaretur: clamori la-
chꝛymas addidit vt homo cōpatereť. Ter etiā his la-
chꝛymas fudit.ſ. in reſurrectione lazari ⁊ ſup hieruſa-
lem. Itaq; prime lachꝛyme fuerūt amoꝛis. Ut ⁊ q̄dam
cum vidiſſent eum lachꝛymantē dixerūt. Ecce quomō
amabat eū. Secunde fuerunt cōpaſſionis ſed he tertie
fuerunt doloꝛis. Scd̄o fuit in auditu cum ei.ſ. oppꝛo-
bꝛia ⁊ blaſphemie irrogate ſunt. Chꝛiſtus eñ ſpāliter
quattuoꝛ habuit: in q̄bus oppꝛobꝛia ⁊ blaſphemias au
diuit: habuit eñ excellentiſſimā nobilitatem: qꝛ q̄tu;
ad diuinam naturā fuit eterni regis filius ⁊ q̄tum ad
humanā de regia ſtirpe genitus: ita ꝙ etiā inq̄tu; ho
mo fuit rex regū: ⁊ dñs dñantiū. Habuit ineffabilē ve-
ritatem quia ipſe eſt via veritas ⁊ vita. Unde de ſe ite-
rū dicit. Sermo tuus veritas eſt. Filius enim eſt ſer-
mo ſiue verbum patris. Habuit inſuperabilem pote-
ſtatem: qꝛ omnia ꝑ ipſum facta ſunt/ ⁊ ſine ipſo factu;
eſt nihil. Habuit inſuper ſingulare; bonitatē quia ne-
mo bonus niſi ſolus deus. In his xp̄s audiuit oppꝛo-
bꝛia ⁊ blaſphemia. Primo quide; quo ad nobilitatē.

Mat. xiij. Nōne hic eſt fili⁹ fabri. Nōne mater eius dr̄
maria ⁊c. Scd̄o ad ptātē. Matt. xij. Hic non deijcit de-
monia niſi in beelzebub pꝛicipe demonioꝝ. Itē Mar.
xxvij. Alios ſaluos fecit ſeipm̄ nō pōt ſaluū facere. Ec
ce dicūt ipm̄ impotentē cū tñ adeo potēs extitit ꝙ perſe
cutoꝛes ſuos ſola voce ꝓſtrauit. Nā cū interrogaſſet
quē q̄ritis: ⁊ illi rñdiſſent ieſum nazarenū: ⁊ ipe dixiſ-
ſet ego ſum: cōtinuo ceciderūt in terrā. Aug. Una vox
turbā odijs plenā ⁊ ferocē: armis terribilē: ſine vllo te
lo ꝑcuſſit: repulit ſtrauitq; xtute latentis diuinitatis.
Quid iudicaturus faciet: q̄ iudicādus hoc fecit: q̄d re
gnaturus poterit q̄ moꝛitur⁹ hoc potuit. Tertio quo
ad veritatē. Jo. viij. Tu de teipſo teſtimoniū perhibes
teſtimoniū tuū nō eſt verū. Ecce qꝛ dicūt eū mēdacem
cū tñ ipſe ſit via veritas ⁊ vita: hanc veritatem pilatus
ſcire vel audire nō meruit: qꝛ ipm̄ ſm̄ veritatē nō iudi
cauit. Inchoauit quippe iudiciū a veritate: ſed in veri
tate nō ꝑmāſit: ⁊ ideo de veritate queſtionē meruit in-
choare: ſ; nō meruit ſolutione; audire. Alia rō eſt ſm̄
Augu. quare ſolutionē non audiuit: quia cu; illā que-
ſtionē feciſſet: ſubito venit illi in mentem ꝯſuetudo iu
deoꝝ qua ſolebat vnus dimitti in paſcha: ⁊ ideo ſtati;
exijt ⁊ ſolutionē nō expectauit. Tertia rō ē ſm̄ Chꝛyſ.
qꝛ ſciebat ꝙ q̄ſtio tam difficilis indigebat multo tēpo
re ⁊ multa diſcuſſiōe ⁊ ipſe ad liberationē xp̄i ꝓpera-
bat: ⁊ idō ſtati; exiuit. Legif tñ in euāgelio nichodemi
ꝙ cū pilatus ieſum interogaſſet q̄d eſt veritas. ieſus
ei rñdit. Ueritas de celo eſt. Et pilatus in terris nō eſt
veritas. Dixit ei ieſus. Quō pōt eſſe veritas in terris q̄
iudicaf ad his q̄ ptāte; habent in terris. Quarto quo
ad bonitatem. Dicebant eñ ipm̄ eſſe pctōꝛē in coꝛde.
Jo. ix. Nos ſcimus quia hic homo peccatoꝛ eſt. Sedu-
ctoꝛem in ſermone. Luce. xxiij. Cōmouit populū docēs
ꝑ vniuerſam iudeā incipiēs a galilea vſq; huc. Legis
preuaricatoꝛē in ope. Jo. ix. Nō eſt hic hō a deo q̄ ſab-
batū nō cuſtodit. Tertio fuit in odoꝛatu: qꝛ magnū fe
toꝛē ſentire potuit in loco caluarie vbi erant coꝛpa fe-
tida moꝛtuoꝝ. Unñ dicif in ſcholaſtica hiſtoꝛia ꝙ calua
ries ꝓpꝛie eſt os capitis humani nudū: vñ ⁊ qꝛ ibi de-
collabanf rei: ⁊ multa oſſa capitū ibi diuerſa erāt: dice-
baf caluarie loc⁹ vl caluariū. Quarto fuit in guſtu: vñ
cū clamaret ſitio: dederūt ei acetum cū myꝛrha ⁊ felle
mixtū: vt ex aceto citius moꝛereť: ⁊ ipſi cuſtodes a cu-
ſtodia citius liberarenť. Dicif eñ crucifixos citi⁹ mo-
ri ſi acetū bibāt et ex myꝛrha pateref olfactus ⁊ ex fel
le guſtus. Auſt. Pꝛo mero replef ſinceritas aceto: ine
bꝛiaf felle dulcedo: adūcif innocētia reo moꝛitur vita
pro moꝛtuo. Quinto fuit in tactu: qꝛ in oībus partib⁹
coꝛpis a plāta pedis vſq; ad xticē nō fuit ī eo ſanitas.
De hoc aūt qualiter in oībus ſenſib⁹ doloꝛē habuit: di
cit Ber. Caput āgelicis tremēdū ſpiritib⁹ dēſitate ſpi
narū pūgif: ⁊ facies pulchꝛa pre filijs hoīm ſputis iu-
deoꝝ deturpatur: oculi⁹ lucidioꝛes ſole caligāt in moꝛ
te: aures que audiunt angelicos cantus audiūt pctōꝝ
inſultus: os q̄d docet angelos felle ⁊ aceto potatur: pe
des quoꝝ ſcabellum adoꝛatur: qm̄ ſctm̄ eſt cruci clauo
affigunf: man⁹ que foꝛmauerūt celos ſunt in cruce ex-
tenſe ⁊ clauis affixe coꝛpus verberaf: latus lācea per-
foꝛatur. Et q̄d plura. Non remanſit in eo niſi lingua vt
pro pctōꝛibus exoꝛaret/ ⁊ matrem diſcipulo cōmenda
ret. B. ¶ Scd̄o eius paſſio fuit ex illuſione deſpecta.
Quatuoꝛ enim vicibus fuit ſibi illuſum. Primo in do
mo anne vbi recepit ſputa: alapas: velationem oculo-
rū. Ber. Uultum tuū bone Jeſu deſiderabilem in quē
deſiderant angeli ꝓſpicere ſputis inquinauerunt: ma
nibus percuſſerunt: velo pro deriſione operuerūt: nec

amaris vulneribus ꝑegerūt. Scḋo in domo herodis
qui eū fatuū ⁊ nō ſane mētis eſtimās: ex eo qḋ nullum
ab eo rñſum hr̄e potuerat: ꝓ deriſione eum veſte alba
induit. Ber. Tu hō es ⁊ habes ſertū de floribus: ⁊ ego
deꝰ ⁊ habeo coronā de ſpinis. Tu habes chirothecas
in manibus: ⁊ ego habeo clauos defixos. Tu in albis
veſtibus tripudias: ⁊ ego pro te deriſus fui ab herode
in veſte alba. Tu tripudias cū pedibus ⁊ ego laboraui
cū meis pedibꝰ. Tu in choreis brachia extēdis in mo
dū crucis in gaudiū: ⁊ ego ea in cruce extenſa habui in
opprobriū. Ego ī cruce doluī: ⁊ tu in cruce exultas. Tu
habes latus apertū ⁊ pectꝰ in ſignū vane glīe: ⁊ ego la-
tus effoſſum habui ꝓ te: vt rēuertere ad me et ſuſcipiā
te. Sʒ quare dñs tp̄e ſue paſſionis corā herode: pilato
et iudeis ſic tacebat. Huiꝰ triplex eſt rō. Prima rō eſt:
tāq̄ mediū circūſtāt duo vitia tanq̄ extrema. Nā extre
ma prudētie ſunt doloſitas ꝛ fatuitas. Extrema tēpe-
rantie deſideriorꝝ carnalium adimpletio ꝛ oīmoda ſui
afflictio. Extrema fortitudinis puſillanimas ꝛ teme-
ritas. Extrema iuſtitie crudelitas ꝛ remiſſio. V.



Vitus puer egregius ꝛ fidelis an
norum duodecim in ſicilia mar
tyriū paſſus ē. Hic a p̄re crebro verbe-
raẜ: ex eo ꝙ idola ꝯtēnebat: nec adora-
re volebat. Qḋ audiēs valerianus p̄-
fectus puerꝝ accerſiuit ꝛ ſacrificare no
lētem fuſtibus cedi iuſſit. Brachia au
tem verberantiū ꝛ man⁹ p̄fecti arue-
runt. Clamauitqꝫ prefectus. Ue mihi:
q̄ꝛ manū amiſi. Cui vitus. Accedāt dij
tui ꝛ te ſanēt ſi poſſunt. Cui ille. Nun-
quid ꝛ tu facere vales hoc? Cui vitus. In noīe dei mei
valeo. Statiqꝫ ꝓ eo orauit ꝛ ſanitatē ſibi obtinuit. Di-
xitqꝫ p̄fect⁹ p̄ri. Corrige filiū tuū ne male pereat. Tūc eū
in domū ducēs ꝯuerſis muſicoꝝ gn̄ib⁹ ꝛ puellaꝝ luſi-
bus aliarūqꝫ deliciarū gn̄ibus īmutare aīm pueri ſata
gebat. Cū aūt eū in thalamū incluſiſſet: mirabilis odo
ris fragrātia inde exiuit que p̄rem ꝛ totā familiā nimio
odore perfudit aſpiciensqꝫ p̄r per oſtiū: vidit ſeptē an-
gelos circa infantē ſtātes: dixitqꝫ. Dij venerunt in do
mū meā. Statimqꝫ cecatus eſt. Ad cui⁹ clamorē tota
ciuitas lucana cōmota eſt: ita vt valerian⁹ accurreret
ꝛ quid ſibi accidiſſet interrogauit. Cui ille. Deos vidi
igneos ꝛ vultū eoꝝ ferre nō potui. Ad tēplū igiẜ iouis
deduciẜ ꝛ ꝓ recuperatione luminis taurū cū cornib⁹ lau
reis polliceẜ. Sꝫ cū nihil ꝓficeret filiū ꝓ ſanatiōe ſua
rogauit: ꝛ lumē ſuis p̄cibus recuperauit. Cū autē nec
ſic crederet: ſꝫ potius filiū occidere cogitaret: angelus
domini modeſto pedagogo eius apparuit ꝛ vt nauem
aſcēdens puerū ad aliam terrā deduceret imperauit.
Qḋ cū feciſſet aquila eis ibidē cibū afferebat. Et mul-
ta ibi mirabilia faciebāt. Interea fili⁹ diocletiani īpe-
ratoris a demone arripiẜ: ꝛ niſi vitus lucanus veniat
ſe nunq̄ exire fateẜ. Uitus q̄riẜ: ꝛ inuētus ad imparo-
rē duciẜ. Cui diocletianus. Puer puerū meū ſanare
vales. Cui ille. Nō ego: ſed dn̄s. Statimqꝫ ſup eū ma-
nus impoſuit: ꝛ ꝓtin⁹ ab eo demō aufugit. Et ait dio-
cletian⁹. Puer cōſule tibi ꝛ dijs ſacrifica ne mala mor
te intereas. Qḋ cū ille recuſaret ꝛ in carcerē cū mode-
ſto miſſus fuiſſ: et ſubito ferri moles q̄ eis erat īpoſita
cecidit: ꝛ carcer imēſo lumine coruſcauit. Qḋ cū im-
patori nūciatū fuiſſet educt⁹ in clibanū ardētē mittiẜ:
ſed tū illeſus egrediẜ. Tūc leo terribilis ad eū deuorā
dū mittiẜ: ſꝫ tñ ab eo fidei ꝟtute placaẜ. Tandē ipſe cū
modeſto et creſcētia nutrice ſua q̄ ſemꝑ eū ſecuta fue-
rat in eculeū ſuſpendi iubeẜ: ſed ſubito aer ꝑturbatur:
terra cōcutiẜ: tonitrua mugiūt: idoloꝝ templa corruūt
multos occidūt. Imperator aūt territ⁹ fugiēs pugnis
ſe ꝑcutiebat dicēs. Ue mihi q̄ꝛ ab vno puero victus
ſum. Illi aūt ab angelo cōtinuo ſoluti iuxta quoddam
flumen ſe inuenerūt: ꝛ ibidē pauſantes ꝛ orātes aīas
dn̄o reddiderunt. Quoꝝ corpora ab aquilis cuſtodita
florētia illuſtris matrona ſctō vito reuelāte reperit: et
ea accipiēs honorifice ſepeliuit. Paſſi ſūt aūt ſub dio
cletiano qui cepit circa annos dn̄i. cclxxxvij.

De ſanctis Quirico ꝛ Julita. lxxviij.


Quiricus quaſi querens arcū. Uel a chiſil. qḋ eſt forti-
tudo ꝛ cus niger: vel a q̄ris qḋ ē haſta vel a qui-
riles qḋ ē ſedile. Ipſe eñ fuit arc⁹. i. curu⁹ i ſui humi
liatione: fortis in tormētoꝝ paſſiōe: niger in ſui deſpe
ctione: haſta in inimici debellatione: dei ſedile ex dei
habitatiōe. Hec enim in eo gratia ſuppleuit que etas
negauit. Julita iuuās vita: quia vita ſpirituali vixit et
per hanc multis profuit. V.



Quiric⁹ fuit fili⁹ iulite illuſtriſſi
me matrone yconij q̄ ꝑſecutio-
nē declinare volens in tarſum cilicie
cū puero ſuo quirico q̄ erat triū anno
rū venit. Sed tū alexādro p̄ſidi preſen
taẜ in vlnis ſuis puerꝝ geſtans. Quod
due famule ſue vidētes fugerūt et eā
ꝓtinus reliquerūt. Preſes igiẜ pue
rū in vlnis ſuis ſuſcepit ꝛ matrem ſa-
crificare nolentē crudis neruis flagel
lari p̄cepit. Puer aūt matrem flagellari ꝯſpiciēs ama
re flebat ꝛ lamētabiles voces dabat. At p̄ſes puerum
Quiricū in vlnas ꝛ ſup genua ponens eum oſculis et
alijs blandicijs demulcebat. Infans aūt ad matrē re-
ſpiciēs preſidis oſcula abhorrebat ꝛ caput cū indigna
tione auertens vultū eius vnguilis laniabat ꝛ mīt cō-
ſonas voces dabat: quaſi diceret. Et ego xp̄ianus ſum.
Tandē diu reluctās p̄ſidē in ſcapulis momordit. Tūc
preſes indignatus dolore cruciatus puerū ab alto per
gradus p̄cipitauit: ita vt tribunali tenellum cerebrū
adhereret. Julita ꝟo filiū ad regnū preceſſiſſe vidēs le
ta gratias deo reddidit. Tūc iulita iuſſa eſt excoriari ꝛ
bullienti pice perfundi ꝛ demū capite trūcari. In qua
dam autē legēda inuenitur ꝙ quiricus tyrānū blādiē-
tem eque vt minantē paruipēderit ꝛ xp̄ianum ſe eſſe cō
fitebatur ſm̄ ętatē ipſe e linguis infantulus ſed in eo lo
quebaẜ ſp̄uſſctūs: quē cū preſes interrogaret q̄s eū do
cuiſſet ait. Tuā o preſes miror inſipientiam qui meam
tantillā cernens etatem: nec dum tꝑis circulo triēnē
percunctaris quis me docuerit diuinā ſapiētiam. Qui
cū crederet clamabat. Xp̄ian⁹ ſum. Et quoties hoc cla
mabat, toties vires inter tormēta recipiebat. Preſes
aūt matrem cū puero membratim ſcindi fecit: ꝛ eorum

mēbra ne a xpianis ſepelirent̄ diſpergi mandauit ſed
tñ ab angelo ſunt collecta et nocte a xpianis ſepulta.
Horū corpa tpe cōſtātini magni cū pax eſſet reddita ec
cleſie ab vna de ancillis q̄ adhuc ſupererat reuelant̄: ⁊ in
deuotione magna ab omni pplo habent̄. Paſſi aūt ſūt
circa annos dñi .cc.xxx. ſub alexandro imperatore.


Ⅽ De ſancta Marina. lxxix. A.



Marina virgo vnica erat pri ſuo
cum autē pater quoddaȝ mona
ſterium intraſſet: mutauit habitum fi
lie ſue vt non femina: ſed maſculus vi
deret̄: rogauitq; abbatē ⁊ fratres vt fi
liuȝ ſuū vnicū reciperēt. Quibus ei⁹
pcibus annuētibus in monachum eſt
receptus: ⁊ frater marin⁹ ab oībus eſt
appellatus. Cepit aūt valde religioſe
viuere ⁊ valde obediēs eſſe. Cū autem
eſſet vigintiſeptē annorū: ⁊ pater eius ſe morti appro
pinquare ſentiret filiā ſuā vocauit: ⁊ ipſam in bono p
poſito cōfirmās p̄cepit ne aliqñ alicui reuelaret q; mu
lier eſſet. Ibat igit̄ frequēter cū plauſtro ⁊ bobus ⁊ li=
gna monaſterio deferebat. Conſueuerat aūt hoſpitari
in domo cuiuſdā viri cui⁹ filia quū de quodā milite cō
cepiſſet interrogata marinū monachū ſe violaſſe aſſe=
ruit. Interrogatus aūt marin⁹ cur tm̄ flagitiū ppetraſ
ſet: ſe peccaſſe fatet̄ ⁊ veniā p̄catur. Statim de mona=
ſterio eiectus ad oſtiū monaſterij manſit tribus annis
ibidē pmanēs buccella panis ſuſtētabat̄. Poſtmoduȝ
fili⁹ ablactatur: abbati mittit̄ ⁊ marino educand⁹ tra=
ditur: ⁊ ibidē cū eo p duos annos cōmorat̄. Que oīa aūt cū
maxima patiētia recipiebat: ⁊ in oībus grās deo refe=
rebat. Tādē ei⁹ humilitatis ⁊ patiētie fratres miſerti
eū in monaſteriū recipiunt: ⁊ queq; officia viliora ſibi
iniungūt. Ipſa aūt oīa hilarit̄ ſuſcipiebat: ⁊ cūcta pa=
tiēter ⁊ deuote agebat. Tādē in bonis opibus vitā du
cēs migrauit ad dñm. Cū aūt corp⁹ ei⁹ lauarēt ⁊ in vili
loco ſepelire diſponerēt: reſpiciētes ipȝ mulierē eſſe vi
derunt. Stupefacti ſunt oēs ⁊ perterriti ſe in dei famulā
plurimū deliquiſſe fatent̄. Cur oēs ad tā grāde ſpecta
culū ⁊ veniā poſtulant ignorantie ⁊ delicti. Corp⁹ igit̄
eius in eccl'ia honorifice poſuerūt. Illa aūt q̄ famulaȝ
dei infamauerat a demone arripit̄: ⁊ ſcelus ſuū confi=
tēs ⁊ ad ſepulcrū virginitatis veniēs liberat̄. Ad cui⁹
tumulū populi vndiq; cōfluunt ⁊ multa miracula ibi
fiunt. Obijt autem .xiiij. kalen. iulij.

Ⅽ De natiuitate ſancti Joannis baptiſte. lxxx.

Joannes baptiſta multipliciter noīatur. Di=
cit̄ em̄ ppheta: amicus ſponſi lucerna: ange=
lus: vox. helyas: baptiſta ſaluatoris: preco iu
dicis: ⁊ precurſor regis in propheta deſignat̄
prerogatiua cognitionis. In amico ſponſi: prerogati=
ua dilectionis. In lucerna ardenti: prerogatiua ſancti
tatis. In angelo prerogatiua virginitatis. In voce
prerogatiua humilitatis. In helia: prerogatiua fer=
uoris. In baptiſta prerogatiua mirabilis honoris. In



precone: prerogatiua predicationis.
In precurſore: prerogatiua prepara=
tionis. A.
Joānis baptiſte natiuitas ab ar=
chāgelo gabriele hoc mō annū=
ciata fuit. Dauid em̄ rex ſicut habetur
in hiſtoria ſcholaſtica volens cultum
dei ampliare vigītiquatuor ſummos
ſacerdotes inſtituit quorum tñ vnus
maior erat q̄ princeps ſacerdotū dice=
bat̄. Statuit aūt .xvj. viros de eleaſar.
⁊ .viij. de itamar ⁊ ſm̄ ſortes dedit vnicuiq; hebdoma=
dā vicis ſue. Abias aūt octauā hebdomadā habuit de
cui⁹ gñe zacharias fuit. Erant aūt zacharias ⁊ vxor ei⁹
ſenes ⁊ abſq; liberis. Cū ergo zacharias tēpluȝ dñi vt
incenſum poneret ingreſſus fuiſſet ⁊ multitudo popu
li deforis expectaret apparuit ei gabriel archāgel⁹. Cū
aūt zacharias in eius viſione timeret ait angelus. Ne
timeas zacharia qm̄ exaudita eſt oratio tua. Propriū
eſt em̄ bonorū angelorū ſm̄ qd̄ dr̄ glo. ex ſua viſiōe ter=
ritos benigna exhortatiōe ptinus ɔſolari. Cōtra ma=
li angeli ſe i lucis angelos trāſfigurātes: ſi q̄s ex ſuis
pſentia ⁊ territos ſenſerint ampliori eos horrore cō
cutiūt. Annūciat igit̄ gabriel zacharie ſe filiū habitu=
rū cui⁹ nomē ioānes eſſet q̄ vinū ⁊ ſicerā nō biberet et
ante dñm in ſpū ⁊ virtute helie p̄cederet. Joānes vo=
cat̄ helias rōne ſitus: qr ambo in deſerto ratiōe vict⁹:
qr ambo victu parci: ratiōe cultus qr ambo veſtitu in=
culti: rōne officij qr ambo p̄curſores: ſed ille p̄curſor iu
dicis iſte ſaluatoris: rōne zeli qr vtriuſq; verbuȝ quaſi
facula ardebat. zacharias aūt cōſiderās ſui ſenectuteȝ
⁊ vxoris ſterilitatē dubitare cepit: ⁊ more iudeorum ſi=
gnum ab angelo requiſiuit. Angelus aūt p eo q; vbis
ſuis nō credidit ipȝ taciturnitatis plaga percuſſit. B.
Ⅽ Notandū aūt q; dubitatio conſueuit fieri ⁊ excuſari
aliqñ ppter pmiſſorum magnitudinem ſicut legit̄ de
abraā. Cū em̄ dñs ſibi pmiſiſſet q; ſemē ſuū terrā cha=
naā poſſideret dixit ad eū abraā. Dñe de⁹ vñ ſcire poſ=
ſum q; poſſeſſur⁹ ſuȝ eā. Et rñdēs dñs. Sume inqt tibi
vaccam triennē ⁊c. Aliqñ pter fragilitatis pprie ɔſi
deratione ſicut patet in gedeone q̄ ait. Obſecro mihi
dñe in quo liberabo iſrael. Ecce familia mea īfima eſt
in manaſſe ⁊ ego minimus in domo patris mei. Et ex
hoc ſignū petijt ⁊ accepit. Aliqñ pter nature īpoſſi=
bilitatē ſicut ptȝ in ſara. Dū dixiſſet dñs reuertens ve=
niam ad te et habebit ſara filiū: riſit ſara poſt oſtiū di=
cens. Poſtq̄ ɔſenui ⁊ dñs meus vetulus eſt ⁊c. Quid
eſt ergo q; ſolus zacharias ex eo q; dubitauit plagam
incurrit cū ibi eſſet ⁊ magnitudo pmiſſionis ⁊ cōſide=
ratio pprie fragilitatis: qr talē filiū ſe habiturū indi=
gnuȝ reputabat ⁊ impoſſibilitas naturalis. Hoc mul=
tiplici de cauſa factum fuiſſe putatur. Primo ſm̄ Be=
dam: qm̄ diſcredendo locutus eſt. ⁊ ideo ſilentio plecti
tur vt tacendo credere diſcat. Scd̄o qm̄ iō mutus effe=
ctus eſt vt maius miraculū in natiuitate filij appereret.
Cum em̄ in natiuitate ioānis patri loquela redditur
miraculum miraculo cumulat̄. Tertio qr cōgruū fuit
vt vocē amitteret qñ vox naſcebat̄ ⁊ legi ſilentiū impo
nebatur. Quarto qm̄ ipſe a dño ſignū petijt: ⁊ ipſaȝ ta=
citurnitatē in ſignū accepit. Cum aūt zacharias foras
ad populū exijſſet: ⁊ eū factū mutum viderēt cognoue
runt ipſo innuēte q; viſionē vidiſſet in tēplo. Cōpleta
aūt ſeptimana officij ſui abijt in domū ſuā ⁊ ɔcepit eli
zabeth: ⁊ menſibus quinq; ſe occultauit: qr ſicut ibi di
cit Ambro. partus ſui erubeſcebat etatē ne in ſenectu
te vacaſſe libidinis videret̄: ⁊ tñ gaudebat ſterilitatis
carere opprobrio: qr opprobriū eſt mulieribus nō ha=
bere premiū nuptiarū: pter qd̄ nuptie celebrantur ⁊
carnalis coitus excuſat̄. Menſe aūt ſexto beata maria
que iam dñm cōceperat cōgratulās vgo fecunda abla=
te ſterilitati ⁊ cōpatiens ſenectuti venit ad elizabeth.
Et cū eam ſalutaſſet beatus ioānes iā ſpirituſancto re
pletus ſenſit filiū dei venire ad ſe ⁊ pre gaudio in ma=
tris vtero exultauit ⁊ tripudiauit ⁊ motu ſalutauit quē
voce non potuit. Exultauit enim quaſi geſtiēs ſaluta=
re et domino ſuo aſſurgere. Manſit ergo vgo beata cū
cognata ſua tribus menſibus miniſtrans ei. Natumq;


puerū ſuis ſanctis manibus de terra leuauit vt hꝫ in
hiſtoria ſcholaſtica: ꝛ quaſi morē gerule officioſiſſime
peregit. C. ¶ Hic dn̄i ꝑcurſor beatus nouē ſpecialr̄ et
ſingulariter priuilegiis claruit: nam idem angelus q̄
dominū annunciauit ipſum annūciauit. In vtero mr̄is
exultat. Mater dn̄i ipſuꝫ a terra leuat. Linguā patris
reſerat. Baptiſmū primus ordinat. Xp̄m indice demō
ſtrat. Xp̄m manibus ſuis baptizat. Ip̄m pre oībus lau
dat xp̄s. In limbo poſitis xp̄m venturū ꝑnūciat. Pro
pter hec. ix. priuilegia vocatur ab ipſo dn̄o propheta ꝛ
pluſq̄ ꝓpheta. Chriſo. etiā quare dicat̄ pluſq̄ ꝓpha:
ſic ait. Propbē eſt bn̄ficiū ꝓpbie a deo accipe: nūqd ꝑ
pbē eſt bn̄ficiū baptiſmatis deo dare. Propbē ē vt ip̄e
de deo ꝓpbet. Nūqd ꝓpbē ē vt de⁹ de illo ꝓpbet. Oēs
ꝓphete ꝓphetauerunt de xp̄o: de illis aūt ꝓphetatuꝫ
non eſt. Ipſe aūt non ſolū ꝓphetauit de xp̄o: ſed etiam
aliū ꝓphete ꝓphetauerūt de illo. Oēs portitores ver
bi fuerūt: iſte aūt ipſa vox. Quātū aūt vox ꝓximior ver
bo nō tn̄ verbū: tn̄ Joānes ꝓpinquior xp̄o non tn̄ xp̄s
ſm̄ Ambro. Laus Joānis ex q̄nq3 colligit̄ vel cōprehē
dit̄: ſcꝫ ex parētib⁹ ex miraculis: ex morib⁹: ex munere:
ꝛ ex ꝑdicatiōe. Laus autē parentū ſm̄ Ambro. ex q̄nq3
manifeſtat̄. Ait eñ ſic. Plena laudatio eſt q̄ genus in
moribus: mores in eq̄tate: officiū in ſacerdotio: factuꝫ
in mādatis: ꝛ iudiciū in iuſtificationib⁹ cōprehendit.
Scd̄o ex miraculis quoꝝ quedā fuerūt ante ei⁹ conce
ptionē in vtero. ſ. angelica annūciatio: nōis īpoſitio: ꝛ
loquele pr̄is amiſſio. Quedā quātū ad eius cōceptio
nē in vtero. ſ. ſupnaturalis: ꝯceptio ei⁹ in vterō ſancti
ficatio: ꝛ ꝓphetalis doni repletio. Quedā quātū ad ei⁹
natiuitatē ex vtero. ſ. vtriuſq3 parētis ſpūs ꝓphetalis
adeptio: q2 ꝛ mater nomen ſciuit ꝛ pater cāticū edidit.
Loquele patris reſeratio: ꝛ ſpūſſcī repletio. Vñ ꝛ Za
charias pater eius repletus eſt ſpūſctō ꝛc. Ambr. Re
ſpicite Joānē quāta vis ſit in ei⁹ vocabulo cui⁹ nuncu
patio reddidit muto vocē patri ꝓlē ꝛ populo ſacerdo
tē. Prius eñ erat tacēs lingua: ſterilis filio priuat⁹ of
ficio. At vbi Joānes naſcit̄ fit repēte pater ꝓpheta lo
quele vſuꝫ recipit ꝓlē a ſpūſctō ſuſcepit: ſacerdotiū ſun
ctio recognoſcit. Tertio ex morib⁹: q2 ſctiſſime vite fuit.
De cuius ſctitate vite dicit Chryſo. Conuerſatio Joā
nis oīm vitā culpabilē faciebat apparere. Quēadmo
dum eñ ſi videres albā veſtē dicit ſatis cādida veſtis:
ſi vō poſueris eā iuxta niuē incipit tibi ſordida appa
rere: ꝛ ſi vō ſordida nō eſt. Sic quātū ad cōparationē
Joānis oīs hō videbat̄ imundus. D. ¶ Cuius q̄dē ſan
ctitas triplex habuit teſtimonium. Primo a ſupcele
ſtibus. i. ab ip̄a trinitate. Et primo a patre q̄ vocat cū
angelū. Malach. iij. Ecce mitto angelū meū ꝛc. Angel⁹
aūt nomē eſt officij nō nature: ꝛ iō dr̄ angel⁹ rōne offi
cij ex eo q2 oīm angeloꝝ officiū exercuiſſe videtur. Ha
buit eñ officiū ſeraphin. Interpretat̄ eñ ſeraphin ar
dens: q2 illi nos ardētes faciūt: ꝛ in dei amore plus ar
dent. Et de Joāne dicit̄ in eccl̄ia. Surrexit helias q̄ſi
ignis ꝛc. Ip̄e eñ venit in ſpū ꝛ virtute helie. Scd̄o ha
buit officiū cherubin. Cherubin eñ interpretat̄ pleni
tudo ſciētie: ꝛ ioannes dr̄ lucifer. Job. xxxviij. ex eo qd̄
fuit termin⁹ noctis ignorātie ꝛ initiū lucis gr̄e. Tertio
habuit officiū thronoꝝ quoꝝ officiū ē iudicare. Et de
ioāne dr̄ q2 arguebat herodem dicēs. Nō lꝫ tibi habe
re vxorē fratris tui. Quarto habuit officiū dn̄ationuꝫ
que docent nos erga ſubditos dn̄ium gerere ꝛ ioānes
erga ſubditos habebat̄ in amore: erga reges in timo
re. Quinto officiū principatuū qui docent nos ſupio
res reuereri. Et ioānes de ſe dicebat. Qui de terra eſt
de terra loquitur. De xp̄o autem qui de celo venit ſup

oēs eſt. Item. Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiā
calciamēti eius. Sexto officiū poteſtatū: ꝑ quas pote
ſtates aeree vel cōtrarie arcent̄: q̄ nō potuerunt noce
re ſibi iam ſanctificato. A nobis etiā arcebat cū ad ba
ptiſmū pnie nos diſponebat. Septimo officium virtu
tum per quas fiunt miracula: ꝛ btūs ioānes multa mi
racula in ſeipſo oſtendit. Magna eñ miracula mel ſil
ueſtre ꝛ locuſtas edere: pillos cameloꝝ induere et hu
iuſmodi. Octauo officiū archāgeloꝝ qn̄ reuelabat ma
iora ſicut ea que ſpectant ad noſtrā redēptionem cū di
cebat. Ecce agnus dei ꝛc. Nono officiū angeloꝝ qn̄ an
nunciabat minora: ſicut ea que ſpectant ad mores vt
illud: Pniam agite ꝛc. Itē: neminem cōcutiatis ꝛc.
Secundo habuit teſtimoniū a filio: ſicut patet Matt.
xi. vbi eū xp̄s multipliciter ꝛ mirabiliter cōmendat di
cens inter cetera. Inter natos mulierum nō ſurrexit
maior Joāne baptiſta. Petrus damiani. Ab illo vbo
ioannis ſunt deprompta preconia per quod fundata
eſt arida et mouentur ſidera: ꝛ ſunt condita elementa.
Tertio a ſpiritu ſancto cum per patrem ſuuꝫ dixit. Tu
puer propheta altiſſimi vocaberis ꝛc. Scd̄o a celeſtib⁹
id eſt ab angelis: ſicut pꝫ Luce. j. vbi eū angelus mul
tipliciter comēdabat oſtēdēs quāte ſit dignitatis quo
ad eum cum dicit. Erit enim magnus corā dn̄o. Quā
te ſanctitatis quo ad ſeipſum cū ſubdit. Vinum ꝛ ſice
ram non bibet: ꝛ ſpiritu ſancto replebitur ex vtero ma
tris. Quāte vtilitatis quo ad ꝓximū: cū dixit. Et mul
tos filioꝝ Iſrael conuertet ꝛc. Tertio a ſubceleſtibus
i. ab hominibus: ſicut a patre ſuo ꝛ vicinis cū dicebāt.
Quis putas puer iſte erit ꝛc. E. ¶ Quarto comprehen
ditur laus ioannis ex munere habuit enim munus in
ſtatu: in vtero: in egreſſu ex vtero: in mūdi progreſſu:
et in mundi egreſſu. In vtero habuit triplex mirabile
munus gratie. Primo gratiā qua in vtero ſanctifica
tus fuit. Unde fuit ante ſanctus quā natus. Hiere. j.
Priuſq̄ te formarē in vtero noui te ꝛ anteq̄ exires de
vētre ſctificaui te. Scd̄o gratiā qua ꝓphetare meruit
ſicut qn̄ in vtero matris exultās deū adeſſe cognouit:
vnde Chryſo. volens oſtendere qualiter fuerit pluſq̄
ꝓpheta dixit. Prophete eſt ꝑ merito cōuerſationis et
fidei ꝓphetiā accipere. Nunquid ꝓphete fuit vt prius
fieret ꝓpheta q̄ homo. Et q2 cōſuetudo erat vt ꝓphe
te inungerent̄: ꝛ tūc qn̄ beata vgo Elizabeth ſalutauit
xp̄s ioānē in vtero in ꝓphetam inunxit ſm̄ qd̄ dicit
Chryſo. in hec verba. Ideo xp̄s fecit mariā ſalutare eli
zabeth vt ſermo procedens de vtero matris vbi habi
tat dn̄s ꝛ per aures elizabeth ingreſſus deſcēderet ad
ioānem vt illic eū vngeret in ꝓphetam. Tertio gratiā
qua ſuis meritis mr̄i ꝓphetie ſpm̄ tradidit. Vñ Chry
ſo. volens oſtēdere quāi fuit pluſq̄ ꝓpheta ait. Quis
ꝓphetaꝝ cum eſſet ꝓpheta ꝓphetā facere potuit. He
lias q̄dē vnxit heliſeū in ꝓphetā nō tn̄ prophetandi
gr̄am ꝯtulit. Iſte aūt in vtero mr̄is exiſtēs diuini ſecre
tus ſciam mr̄i donauit: ꝛ os illi⁹ in vbo ꝯfeſſionis ape
ruit: vt cui⁹ nō videbat ꝑſonā cognoſceret: dignitatē di
cēs: vnde hoc mihi vt mater dn̄i mei veniat ad me. In
egreſſu ex vtero habuit triplex munus gr̄e: qm̄ ortus
eius fuit miraculoſus: ſctūs: ꝛ iucundus. Quia mira
culoſus excludit̄ defectus impotentie: q2 ſctūs reat⁹
culpe: q2 iucundus lamētū miſerie. Celebrat̄ autem
ortus eius ſiue natiuitas ſm̄ mag. m Guilhelmū altiſ
ſidoreñ. triplici rōne. Primo rōne ſanctificationis in vte
ro. Scd̄o rōne dignitatis in officio. Ipſe eñ tanq̄ lu
cifer venit ꝛ eternū gaudium nobis primus nūciauit.
Tertio ratione iucunditatis in ortu ſuo. Dixerat eñ
angel⁹. Et multi in natiuitate ei⁹ gaudebūt. ꝛ iō dignū

eſt vt ⁊ nos i natiuitate eiꝰ gaudeamꝰ. In ꝓgreſſu ha-
buit ſilr multiplex munꝰ. In hoc aũt patẽt eiꝰ excellẽ-
tiſſima munera gr̃e: qm̃ habuit ꝑfectionẽ oĩm ſctõꝝ.
Nã ꝓpheta fuit qñ dixit. Qui poſt me venturus eſt ⁊c.
Pluſq̃ ꝓpheta qñ xp̃m digito demõſtrauit. Apl's qꝛ a
deo miſſꝰ fuit apl's eñ idẽ eſt ꝙ miſſꝰ: vñ. Fuit hõ miſ
ſus a deo ⁊c. Martyr qꝛ ꝓ iuſtitia mortẽ ſuſtinuit. Cõ
feſſor qꝛ ꝯfeſſus eſt ⁊ nõ negauit. Virgo. Vñ ꝓpter ipſiꝰ
virginitatẽ angelꝰ eſt appellatꝰ. Malach. iij. Ecce ego
mitto angelũ meũ ⁊c. In egreſſu de mũdo habuit tri-
plex munꝰ qꝛ efficit̃ martyr inuictus. Tũc eñ palmã
martyrij adeptꝰ eſt. Dirigit̃ nũciꝰ ꝓcioſus. Ipſe eñ tũc
illis q̃ erãt in limbo ꝓcioſũ nũciũ attulit. ſ. de aduẽtu
xp̃i ⁊ redẽptione ipſoꝝ. Et colit̃ exitꝰ glorioſus. Eiꝰ eñ
exitꝰ de oĩbꝰ q̃ ad limbũ deſcẽderũt ſpecialr ab eccl'ia
ſolẽnizat̃ ⁊ glioſe colit̃. F. ¶ Quinto ex ꝓdicatiõe. Cir
ca cuiꝰ ꝓdicatione angelus q̃tuor ponit cũ dr̃. Et mul-
tos filioꝝ iſrael ꝯuertet ad dñm deũ ipſoꝝ ⁊ ipſe ꝓcedet
⁊c. ſ. fructũ: ordinẽ: virtutẽ: ⁊ finẽ ſicut patꝫ i lr̃a. Et notã
dũ ꝙ ꝓdicatio Joãnis triplr fuit cõmẽdabilis. Ipſe nã
q; ꝓdicauit feruẽter efficaciter ⁊ prudẽter. Feruẽter cũ
dicebat. Genimina viperarũ ⁊c. Qui q̃dẽ feruor fuit in
flãmatus charitate qꝛ erat lucerna ardẽs: vñ dicit in
ꝑſona ipſiꝰ Hiere. Poſuit os meũ quaſi gladiũ acutũ.
Informatꝰ vitate: qꝛ erat lucerna lucẽs. vñ Jo. v. Uos
miſiſtis ad ioãnẽ ⁊ ille ꝑhibuit teſtimoniũ veritati. Di
rectus diſcretione ſiue ſciẽtia. vñ turbis ⁊ publicanis
⁊ militibus ſꝫ vniuſcuiuſq; exigẽtiã ꝓpriã legẽ dedit.
Firmus cõſtãtia. vñ ⁊ tã cõſtãter ꝓdicauit ꝙ ex hoc vi
tã amiſit. Hec eñ q̃tuor dꝫ hr̃e zelus ſm qđ dicit Bñr.
zelũ tuũ inflãmet charitas: informet veritas: regat ſciẽ
tia: ⁊ firmet cõſtãtia. Scđo efficaciter qm̃ ad ꝓdicatio-
nẽ eiꝰ multi cõuerſi ſunt. Predicauit eñ vbo aſſidui
tatẽ doctrine ⁊ exẽplo ſctitatẽ vite ꝓdicauit ⁊ cõuer-
ſit meritis orationibꝰ deuotis. Tertio prudẽter. Cu
ius prudẽtia ꝓdicatiõis i tribꝰ fuit. Primo i eo ꝙ vſus
fuit cõminationibꝰ vt malos terreret dicẽs. Iã eñ ſe-
curis ad radicẽ arboris poſita eſt. Scđo ꝓmiſſionibꝰ
vt bonos alliceret di. Pniãz agite appropinquabit eñ
regnũ celoꝝ. Tertio moderationibꝰ vt mediocres pau
latĩ ad ꝑfectionẽ attraheret. Vñ turbis ⁊ publicanis
⁊ militibꝰ leuia imponebat: vt poſtmodũ ad maiora ꝓ
ueherent̃: turbis vt opibus mĩe inſiſterẽt: publicanis
vt ſe ab alienorũ appetitu abſtinerẽt militibꝰ vt nemi
nẽ ꝯcuterẽt: nulli calũniã facerent: ⁊ ſuis ſtipẽdiis cõ-
tenti eſſent. G. ¶ Et notandũ ꝙ ſanctꝰ ioãnes euãgeli-
ſta hac die migrauit ad dñm ſed eccl'ia ipſius feſtum in
tertiũ diẽ poſt xp̃i natiuitatẽ celebrãdũ iſtituit: qꝛ tũc
eius eccl'ia dedicata fuit. Et ſolẽnitas natiuitatis bea
ti ioãnis baptiſte i ſuo die remãſit nimirũ: qꝛ hec dies
ab angelo gaudio natiuitatis precurſoris autẽticatꝰ
fuit. Nõ aũt dogmatizandũ eſt ꝙ euangeliſta baptiſte
ceſſerit tanq̃ minor maiori. Nõ eñ decẽs eſt de coꝝ
maior ſit diſputare. Qđ etiã quodã exẽplo diuinitꝰ eſt
oſtẽſum. Erant eñ vt legit̃ duo doctores theologi quo
rũ vnus ioãnẽ baptiſtã: alter vero ioãnẽ euãgeliſtã ꝑ-
ferebat. Tãdẽ ſup hoc ſolẽni diſputatiõe indicta quiſ-
libet valde ſolicitus erat autoritates et efficaces ra-
tiones inuenire qbus ſuũ ioãnẽ poſſet ꝑferre. Adue-
niẽte aũt diſputatiõis die q̃libet ſctõꝝ emulatori ſuo
apparuit eiq; dixit. Nos cõcordes ſumus in celis: de no
bis nõ diſputetis in terris. Tunc illi ſibi adinuicẽ oĩ
ꝑplo viſionẽ publicauerũt ⁊ dñm bñdixerũt. Paulus
hiſtoriographꝰ lõgobardorũ romane eccl'ie diaconus
⁊ caſſinẽſis monachus cũ deberet quadã vice cereum
bñdicere fauces eius rauce facte ſunt cũ priꝰ vocalis
eſſet. Ut ergo vox ſibi reſtitueret̃ hymnũ. ſ. Ut queant
laxis ⁊c. ad honorẽ bti ioãnis cõpoſuit. Ubi in princi-
pio petit ſibi vocẽ reſtitui ſicut ⁊ zacharie reſtituta fuit
Oſſa mortuorũ aĩaliũ vndecũq; collecta in hac die ab
aliq̃bus cõburunt̃. Cuiꝰ duplex eſt cauſa vt ait ioãnes
beleth. Una eſt ex antiq̃ inſtitutiõis obſeruãtia. Sunt
eñ quedã aĩalia q̃ dracones vocant̃ q̃ in aere volant:
in aq̃s natant: in terra ambulant. Qñq; aũt dũ ꝑ aera
ambularẽt ad libidinẽ cõcitabant̃: ⁊ in puteis ⁊ aquis
fluuialibꝰ ſperma iactabãt: ⁊ inde ſequebat̃ letalis an
nus. Cõtra hoc ergo iſtud inuentũ fuit remediũ: vt de
oſſibꝰ aĩaliũ rogus fieret: ⁊ ſic talia aĩalia fumus fuga
ret. Et qꝛ iſtđ maxime hoc tpe fiebat: ideo iſtud adhuc
ab aliq̃bus obſeruat̃. Alia cã eſt ad repreſentandũ qꝛ
oſſa ſcti ioannis in ſebaſte ciuitate ab infidelibꝰ ꝯbuſta
fuerũt. Ferũt̃ etiã facule ardẽtes: qꝛ ioãnes fuit lucer
na ardẽs ⁊ lucẽs. Et rota vertit̃: qꝛ ſol tũc i circulo de
ſcẽdit ad ſignificãdũ ꝙ fama ioãnis q̃ xp̃s putabat̃ de
ſcẽdit ſꝫ ꝙ ipſe teſtimoniũ ꝑhibuit dicẽs. Me oportet
minui: illũ aũt creſcere. Hoc ſignificatũ eſt ſm qđ dicit
Aug. in eorũ ortibus ⁊ in eorũ mortibꝰ. In eoꝝ ortibꝰ
qꝛ circa natiuitatẽ ioãnis dies incipiũt decreſcere: cir
ca natiuitatẽ xp̃i creſcere iuxta illđ. Solſtitiũ decimo
xp̃m p̃cit atq; ioãnẽ. Itẽ in eorũ mortibꝰ: qꝛ corpꝰ xp̃i
in cruce fuit exaltatũ: corpus ioãnis capite minoratũ
Refert paulꝰ in hiſtoria logobardorũ ꝙ rocharith rex
lõgobardorũ iuxta eccl'iam ioannis baptiſte cũ multo
ornatu ſepultus fuit. Quidaꝫ vero cupiditate illectus
nocte ſepulchrũ aperiẽs abſtulit vniuerſa. Cui beatꝰ
ioannes apparẽs dixit. Cur auſus fuiſti tangere mihi
cõmiſſum: eccleſiã meã decetero ingredi non valebis.
Quod vtiq; ſic euenit. Nã qñcunq; predictã eccl'iam in
trare volebat: quaſi a validiſſimo pugile guttur eius
feriebatur: ⁊ ſic ſubito retro ruebat.

¶ De ſanctis Geruaſio ⁊ prothaſio. lxxxj.

Geruaſius a gerar qđ eſt ſacrũ ⁊ vas: vel a ge-
na qđ eſt incolatꝰ ⁊ ſior paruulus quaſi ſacer
ꝑ vite meritũ: vas vt ꝑ virtutũ receptaculũ:
peregrinus ꝑ mũdi cõtemptũ: paruulus ꝑ ſui
deſpectũ. Prothaſius a ꝓthos qđ eſt primũ: ⁊ ſios deꝰ
ſiue diuinus. vel a ꝓcul ⁊ ſtaſis qđ eſt poſitio quaſi pri
mus per dignitatẽ. diuinus per dilectionẽ. ꝓcul poſitꝰ
a mũdi affectione. Horũ paſſionẽ Ambr. in libello ad
caput eorum poſito ſcriptam inuenit. A



Geruaſius ⁊ ꝓthaſiꝰ gemini fra-
tres filij fuerũt ſcti vitalis ⁊ btẽ
valerie. Qui oĩa ſua pauperibꝰ erogã
tes manebant cũ ſctõ nazario: q̃ apud
embrũdunum oratoriũ cõſtruebat et ei
celſus puer lapides porrigebat: quod
vero nazarius iã celſuz habuiſſe nar-
ratur forte ꝑ anticipationem accipit̃:
cũ lõge poſt eũ ſibi fuiſſe oblatũ ex hi-
ſtoria nazarij colligat̃. Cũ aũt oẽs ad
neronẽ impatorẽ ducerent̃ ſequebat̃
eos ciulãs puer celſus. Quẽ cũ vnꝰ militũ alapa cede
ret: ⁊ cedẽtẽ nazariꝰ increparet: irati milites nazariũ
calcibꝰ ceciderũt ⁊ ipm cũ aliis in carcere recluſerũt ⁊
poſtmodũ i mare ꝓcipitauerũt. Geruaſiũ vero ⁊ ꝓthaſiũ
mediolanũ duxerũt. Nazariꝰ vo miraculoſe liberatus
mediolanũ venit. Eo tpe ſuperueniẽte comite aſtaſio q̃
ꝯ marchomãnos ꝓficiſcebat̃ ad bellũ deorũ cultores
eidẽ occurrerũt aſſerẽtes ꝙ dij ſibi rñdere ꝯtẽnerẽt niſi
prius geruaſiꝰ ⁊ ꝓthaſiꝰ immolarent̃. Cõtinuo igit̃ te
nent̃ ⁊ vt ſacrificẽt inuitant̃. Cui cũ geruaſiꝰ oĩa idola
ſurda ⁊ muta diceret ⁊ ipſum ab oĩpotenti deo victo-

riã regrere debere doceret: irat⁹ tãdiu eũ pluũbatis ce-
di iuſſit ꝙdiu ſpm̃ exalaret. deinde ꝓthaſiuz accerſiri
fecit eiqꝫ dixit. Miſer vel tu viuere ſtude: et noli cum
frẽ tuo mala morte perire. Cui ꝓthaſius. Quis eſt mi
ſer? Ego q̃ te nõ timeo: aut tu q̃ me timere nõ ꝓbaris?
cui aſtaſi⁹. Ego te miſer homo quõ timeo? Cui ꝓtha-
ſius. In hoc timere me ꝛ te ledi ꝓbaris ſi nõ ſacrifica-
uero dijs tuis. ſi enĩ te ledi a me nequaꝙ timeres nũ-
ꝙ ad ſacrificiũ idolorum me cõpelleres. Tũc eũ comes
in eculeũ ſuſpẽdi iuſſit. Cui ꝓthaſius. Nõ tibi comes
iraſcor: quĩ cecos oculos tui cordis attẽdo quin poti⁹
tui miſereor: qꝛ neſcis quid facias. Age igitur qđ cepi
ſti vt mihi cũ fratre meo occurrere poſſit benignitas
ſaluatoris. Tũc comes iuſſit eũ decollari. Philipp⁹ aũt
ſeruus xp̃i cũ filio ſuo corpa eorum rapuit ꝛ occulte ĩ do-
mo ſua ĩ archa ſaxea ſepeliuit: ꝛ libellũ eorum ortũ finẽ:
ꝛ vitam cõtinẽtẽ ad eorum caput poſuit. Paſſi ſunt autẽ
ſub nerone q̃ cepit circa annũ dñi. lvij. Horum corpa mul
to tp̃e latuerunt: ſꝫ tp̃e beati Ambroſij hoc modo rep-
ta fuerunt. Ambroſio naꝙ in eccleſia ſctõrum naboris ꝛ
felicis in oratiõe poſito: ita nec vigilaret a ptẽ: nec dor
miret itegre: apparuerũt ei duo pulcherrimi iuuenes
veſtibus candidis. i. colliobio ꝛ pallio induti: caligulis
calciati ſecũ manib⁹ extẽſis orãtes. Orauit igit Am-
broſi⁹ vt ſi eſt illuſio nõ vltra appareat: ſi aũt veritas
de nouo reueletur. Sicut igit mõ canẽte gallo orãtes ſe-
cũ iuuenes apparuerũt. Tertia vo nocte defecto iã cor
pore ieiunijs nõ dormiẽti: ſꝫ ſtupẽti cũ tertia ſibi ap-
paruere pſona q̃ ſiſis paulo aplõ videbat̃ ſꝫq̃ ĩ pictura
ꝓſpexerat. Illiſqꝫ tacẽtib⁹ aplͥs ſibi dixit. Iſti ſunt q̃ ni
hil terrenũ deſiderãtes monita mea ſecuti ſũt. Quorum
corpa in eo loco repies in quo ſtas. Duodecim pedũ al
titudine terra coopta ercã inuenies: ꝛ ad caput eorum li-
bellũ in quo ort⁹ eorum cõtinetur ꝛ finis. Cõuocatis igitur
vicinis ep̃is ipſe prior terre foſſor acceſſit: ꝛ oĩa ꝓut di
xerat ſibi paul⁹ aplͥs inuenit. Et lꝫ tã. ccc. anni ꝛ vltra
fluxiſſent: ita tñ corpa eorum ſunt reperta ac ſi ipſa hora
ibidẽ fuiſſent poſita: inſup vo odor ſuauiſſimus ꝛ mira
bilis inde fragrabat. B. ❡ Cec⁹ aũt q̃dã tãgẽs feretrũ
illuminãt⁹ eſt ꝛ multi alij meritis eorum curati ſunt. In
horum ſolẽnitate pax inter lõgobardos ꝛ romanũ impiũ
reformata fuit: ꝛ iõ Grego. papa. Loquetur dñs pacẽ in
plebẽ ſuã ꝛc: in introitu miſſe cãtari inſtituit. Ũn ꝛ of
ficia partim ſctis ꝯueniunt partim euẽtib⁹ q̃ ipſis ꝯti
gere dieb⁹. Refert Aug. in lib. xx. de ciui. dei q̃ ipſo p̃-
ſente ꝛ imperatore ꝛ multa turba quidã cec⁹ apud me
diolanuꝫ ad corpa martyrũ geruaſij ꝛ ꝓthaſij lumẽ re
cepit. Utrũ aũt ſit p̃dictus cecus: an alius ignoratur.
Idem quoqꝫ refert ibidẽ q̃ quidã iuuenis in villa vi-
ctoriana que ab yporegio. xxx. miliaribus diſtat cũ in
quodã flumine equum lauaret: cõtinuo diabolus euꝫ
vexauit: ꝛ in flumine tanꝙ mortuũ ꝓiecit. Cũ aũt ve
ſpere in eccleſia btõrum geruaſij ꝛ ꝓthaſij q̃ ꝓpe erat cã-
taretur: ille vocib⁹ illis quaſi ꝑcuſſus cum grãdi fremi-
tu eccliam intrãs altare tenebat: inde amoueri nõ va
lens tanꝙ ſi ibidẽ alligat⁹ fuiſſet. Et cũ demõ vt inde
exiret adiuraretur: ille ſe eius mẽbra amputare cũ exi-
ret minabatur. Cũ ergo adiuratus exiret oculus eius in
maxillã fuſus tenui venula depẽdebat; ſꝫ in locũ ſuuꝫ
ſicut potuerit oculũ reuocauerũt. Et ecce itra paucos
dies meritis ſctõrum geruaſij ꝛ ꝓthaſij plene ſanat⁹ eſt.
Ambr: qꝫ in p̃fatiõe ſic ait. Hi ſũt q̃ vexillo celeſti ſigna
ti: victricia apl̃i arma ſumpſerãt: ꝛ a mũdanis nexib⁹
abſoluti neq̃ſſimi hoſtis vitiorum aciẽ ꝓſternẽtes liberi
ꝛ expediti xp̃m dñꝫ ſunt ſecuti. O q̃ felix germanitas
que ſacris inherendo eloquijs nullo potuit iterpola-
ri ꝯtagio. O q̃ glorioſa certaminis cã: vbi pariter coro
nantur quos vnus vterus maternus effudit.

❡ De ſanctis Joanne ꝛ Paulo. lxx xij. B.



I Oãnes ꝛ Paul⁹ primicerij ꝛ p̃po
ſiti ꝯſtãtie filie cõſtãtini auguſti
fuerũt. Eo aũt tp̃e cũ gẽs ſcithica daciã
ꝛ traciã occuparet: ꝛ gallican⁹ dux ro-
mani exercit⁹ ꝯ p̃dictã gẽtẽ mitti de-
beret: cõſtãtiã filiã cõſtãtini ꝓ merce
de laboris ſibi in vxorẽ dari petebat.
Qđ etiã romani principes inſtãti⁹ fie
ri poſtulabãt. Pr aũt plurimũ triſta-
batur ſciẽs filiã ſuã poſtꝙ a beata agne
te ſanata fuerat ĩ virginitatis ꝓpoſito
poſitã: faciliꝰ occidi poſſe ꝙ ad ꝯſenſuz inclinari. Uir-
go tñ de deo ꝯfidẽs patri ꝯſuluit vt eã ſibi ſpõdeat cuꝫ
victor rediret. Uerũtñ duas filias ſuas quas ex vxore
defuncta ſuſceperat. idẽ gallican⁹ ſecũ manere ꝑmitte
ret: vt ꝑ eas mores ꝛ votum patris ſcire poſſet: ꝛ ipſa
duos p̃poſitos ſuos ioannẽ ꝛ paulũ ſibi ꝯcederet ĩ ſpe
quaſi maioris firmitatis rogãs deũ vt ipm̃ ꝛ filias cõ-
uerteret. Qđ vbi omnibus placuit: gallicanus aſſum-
ptis ioãne ꝛ paulo ꝛ copioſo exercitu ꝓficiſcitur: ſꝫ tñ
a ſcithicarũ gente eius exercitus frangitur ꝛ in vrbe
traciarũ ab hoſtib⁹ obſidetur. Tũc accedẽtes Joãnes ꝛ
paulus eidẽ dixerũt fac votũ deo celi ꝛ eris victor me-
lior ꝙ fuiſti. Qđ cũ feciſſet iuuenis in humero ferẽs
crucẽ ſtatim ſibi apparuit eiqꝫ dixit. Sume gladiũ tuũ
ꝛ ſequere me. Quẽ ille accipiẽs per media caſtra iuit:
ꝛ ad regẽ vſqꝫ deueniẽs: illũqꝫ occidẽs ſolo timore vni
uerſum populum ſubiugauit: ꝛ romanis tributarios
fecit. Duo quoqꝫ milites armati eidẽ apparentes hinc
inde cõfirmabãt. Fact⁹ igit xp̃ianus romã rediit ꝛ cũ
multo honore ſuſcept⁹ rogauit Auguſtũ vt ſibi indul-
geret ſi filiã mihi nõ deſponſaret: eo q̃ de cetero xp̃o cõti
nẽter viuere proponeret. Qđ cũ auguſto plurimũ pla-
cuiſſet: ꝛ due filie gallicani a ꝯſtãtia virgine ad xp̃ꝫ cõ
uerſe eſſent ipſe gallicanus ducatui ceſſit ꝛ oĩa paupe
ribus tribuẽs xp̃o cũ alijs ſeruis dei ĩ paupertate ſer-
uiuit multa aũt miracula faciebat: ita vt ſolo viſu de-
mones de obſeſſis corporibus effugaret. Huius ſacre
opinionis fama in toto orbe terrarũ intm̃ excreuit: vt
ab oriẽte ꝛ occidente veniẽtes viderunt virũ ex patri
cio cõſule lauantẽ pedes pauperum ponentẽ menſam:
aquã manibus effundentẽ: languentib⁹ ſollicite mini-
ſtrantem ꝛ cetera ſancte ſeruitutis officia exhibentẽꝫ.
Cõſtãtino igit defuncto: cõſtantius cõſtantini magni
filius arriana hereſi deprauatus imperiũ tenuit. Ue-
rũ cũ conſtantius frater ꝯſtantini duos filios. ſ. galliũ
ꝛ iulianũ reliquiſſet conſtantius imperator dictũ gal
lũ ceſarem fecit ꝛ cõtra iudeã rebellantẽ miſit. Quem
tñ poſtmodum interfecit. Julianus vo timẽs ne exem
plo fratris a conſtantio perimeretur: monaſteriũ ingreſ
ſus eſt. Ubi magnam religionẽ ſimulans lector ordi-
natus eſt. Qui per maleficiũ demonẽ cõſuluit: reſpon-
ſum accipiens q̃ ad imperium ſublimãdus eſſet. Poſt
aliqđ tp̃s vrgẽtib⁹ aliq̃bus negotijs cõſtanti⁹ iulianũ
ceſarẽ fecit ꝛ ipꝫ in galliã deſtinauit: qui oĩa ſtrennue
agebat. Mortuo autem conſtantio ꝛ iuliano apoſtata
in imperium a cõſtantio ſublimato iuſſit iulianus vt
gallicanus / aut dijs immolaret / aut abſcederet. Tãto
enĩ viro non audebãt necem inferre. Ille igitur alexã
driam perrexit: ꝛ ab infidelibus per cor tranſfixus mar-
tyrij coronã ꝑcepit. At iulianus captus / ſcꝫ cupiditate
ſacrilega auaritiam ſuam euangelij teſtimonio colora
bat. Nã facultates a chriſtianis auferens dicebat xp̃s

vt dicit in euãgelio. Qui nõ renũciauerit oĩb⁹ q̄ poſſi-det nõ põt me⁹ eſſe diſcipulus. Andrẽs igit̃ ꝙ Ioãnes ⁊ Paul⁹ ex opib⁹ quas v̾go cõſtãtia reliq̄rat xp̄ianos paupes ſuſtẽtabãt: mãdauit eiſdẽ ꝙ ſicut ꝯſtatino: ita quoqꝫ ⁊ ſibi adherere deberẽt. At illi dixerũt. Dũ glo-rioſi impatores cõſtãtin⁹ ⁊ fili⁹ ei⁹ cõſtãtius ſe eſſe ſer-uos xp̄i gl̾iabant̃ nos famulabamur eiſdẽ. Tu v̾o⁄ q̄ religionẽ plenã v̾tu tib⁹ reliq̄ſti a te oĩno receſſim⁹ ⁊ ti-bi obedire cõtẽnim⁹. Quib⁹ iulian⁹ mãdauit. Ego in eccl̾ia clericatũ obtinui: ⁊ ſi voluiſſem ad primũ eccl̾ie ſtatũ puenĩſſem. Sꝫ ꝯſiderãs vanũ eſſe inertiã ſectari ⁊ auxiliũ militie aĩum dedi: dijſqꝫ ſacrificans eoꝝ ſuffra-gijs imperiũ obtinui. Vñ vos in aula regia nutriri nõ d̾betis lateri meo deeſſe vt prios vos ĩ palatio meo ha-beã. Qd̾ ſi a vobis cõtẽptus fuero: agã vt neceſſe eſt vt cõtẽni nõ poſſim. Qui rñdẽtes dixerũt. Deũ tibi p̄po-nẽtes minas tuas nequaꝙ timem⁹ ne regis eterni ini-micitias ĩcurram⁹. ad hoc Julian⁹. Si intra decẽ dies vltro ad me venire cõtẽpſeritis coacti poſtmodũ facie-tis qd̾ ſpõte facere nõ curatis. Cui ſcti ĩ rñderũt. Jã de-cem dies p̄teriſſe exiſtima ⁊ hodie facito qd̾ tunc te fa-cturũ eſſe minaris. Quib⁹ iulian⁹ putatis ꝙ martyres vos faciãt xp̄iani. Niſi mihi cõſenſeritis puniã vos nõ vt martyres: ſꝫ vt publicos hoſtes. Tũc iohes ⁊ paul⁹ ꝑ totos decẽ dies eleemoſynis inſiſtẽtes oĩa ſua pau-perib⁹ erogabãt. Decima aũt die miſſus eſt ad eos the-rẽtian⁹ q̄ dixit eis. Dñs nr̃ iulian⁹ ſtatuiculũ aureũ io-uis ad vos miſit vt eidẽ thura incẽdatis alioquin am-bo ſimul peribitis. Cui ſcti ĩ dixerũt. Si tu⁹ dñs eſt iulia-nus habeto pacẽ cũ illo: nobis ali⁹ dñs nõ eſt niſi dñs ieſus xp̄s. Tũc iuſſit eos occulte decollari ⁊ in foueas intra domũ ſepeliri famã faciẽs ꝙ in exiliũ eſſent miſ-ſi. B. ¶ Poſt hoc fili⁹ therẽtiani a demone arripit̃: ⁊ in-tra domum clamare cepit: ꝙ a demone vreret̃. Qd̾ vi-dẽs therẽtian⁹ ſcel⁹ ꝯfitet̃ ⁊ xp̄ian⁹ efficit̃. Paſſio ſan-ctoꝝ ab eo ꝯſcribit̃ ⁊ ei⁹ fili⁹ liberat̃. Paſſi ſunt aũt cir-ca annũ dñi. ccclxiiij. Refert Greg. ĩ homilia euãgelij. Si q̄s vult poſt me venire ꝙ q̄dã matrona dũ eccleſiã iſtoꝝ martyꝝ frequẽti⁹ viſitaret: ⁊ die q̄dã ĩde rediret duos ſtãtes monachos ſub pegrino habitu iuenit: q̄s pegrinos credẽs eleemoſynã ſibi dari p̄cepit: ſꝫ poſtꝙ diſpẽſator eis ad largiẽdũ eleemoſynã appropinquaſ-ſet: aſtiterũt ei vicini ⁊ dixerũt. Tu nos mõ viſitas: nos te ĩ die iudicij req̄rem⁹ ⁊ q̄cq̄d poterim⁹ tibi p̄ſtabim⁹. Quo dicto ab oculis ei⁹ ſunt ablati. Amb. de his mar-tyrib⁹ in p̄fatiõe ſic dicit. Bti ĩ martyres Jo. ⁊ paul⁹ ve-raciter impleuerũt qd̾ dauitica voce d̾r. Ecce q̄ bonuꝫ ⁊ q̄ iocundũ habitare fratres in vnum. Naſcendi lege conſortes fidei ſocietate cõiuncti paſſionis equalita-te conſimiles in vno ſemper domino glorioſi.

¶ De ſancto Leone papa. lxxxiij. A.



LEo papa vt in miraculis btẽ ma-rie virginis legit̃ ĩ eccl̾ia ſancte marie maioris in die reſurrectionis miſſam celebrabat ⁊ dũ fideles ꝑ ordi-nẽ cõicaret ⁊ q̄dã matrona manũ eius oſculata fuiſſet ex hoc ĩ cũ vehemens carnis tẽtatio inſurrexit. At vir dei ĩ ſemetip̄ꝫ ſeuiſſim⁹ vltor inſurgit ⁊ ea-dẽ die manũ ſe ſcãdalizãtẽ occulte pe-nit⁹ ãputauit ⁊ a ſe reiecit. Iterea mur-mur oriebat̃ ĩ pp̄l̾o: cur ſummus põti-fex diuina more ſolito nõ celebraret. Tũc leo ad beatã virginẽ ſe ꝯuertit: ⁊ ei⁹ ꝓuidẽtie totalr̃ ſe ꝯmiſit. Tũc illa ꝯtinuo ſibi aſtitit ⁊ manũ ſuã ſuis ſctĩſſimis mani-bus illi r̄ſtituit ⁊ reformauit: iubẽs vt ꝓcederet ⁊ filio ſuo ſacrificiũ ĩmolaret. Leo igit̃ oĩ pp̄l̾o q̄d ſibi cõtige-rit p̄dicauit ⁊ manũ reſtitutã oĩbus euidenter oſtẽdit. Hic calcedonẽ. ꝯciliũ celebrauit ſolas v̾gines ibidẽ ve-lari ĩſtituit. Ibi ẽt ſtatutũ fuit vt v̾go maria mr̃ dei ap-pellaret̃. Eo quoqꝫ tp̄e attila italiã deuaſtabat. Igit̃ ſctũs leo ĩ eccl̾ia aploꝝ trib⁹ dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctib⁹ ora-tiõi vacãs poſt hec dicit ad ſuos. Qui vult me ſeq̄ ſeq̄t̃. Cũ igit̃ ad attilã appropinquaſſet ille vt btm̃ leonẽ vi-dit de equo deſcẽdit, eiuſqꝫ genib⁹ ꝓuolut⁹ rogauit vt peteret q̄cq̄d vellet. Qui petyt vt ab italia diſcederet ⁊ captiuos relaxaret. Et dũ argueret̃ a ſuis ꝙ triũpha-tor orbis a ſacerdote vict⁹ eẽt rñdit. Prouidi mihi et vobis: vidi em̃ a dextris ei⁹ fortiſſimũ militẽ euaginato gladio ſtãtẽ mihiqꝫ dicẽtẽ. Niſi huic parueris cũ oĩb⁹ tuis interibis. Cũ btũs leo eplã ad fabianũ ep̄m ꝯſtã-tinopolitanũ aduerſ⁹ euthiciũ ⁊ neſtoriũ ſcripſiſſet: ſu-per ſepulchrũ bti ĩ petri ip̄ã poſuit ⁊ ieiunijs ⁊ oꝛonib⁹ inſiſtẽs dixit. Quicq̄d in hac epl̾a: vt hõ erraui: tu cui eccl̾ie cura ꝯmiſſa eſt corrige ⁊ emẽda. Et poſt dies. xl. orãti illi petr⁹ appãuit di. Legi ⁊ emẽdaui. Accipiẽſqꝫ leo epl̾am iuenit eã manib⁹ apli correctã ⁊ emẽdatã. Alĩs ẽt ſepulcro bti ĩ pe. xl. dieb⁹ ieiunijs ⁊ oꝛonibus vo-cãs leo aſtitit: obſecrãs vt ſuoꝝ ſibi pctõꝝ veniã impe-traret. Cui petr⁹ apparẽs dixit. Dep̄catus ſum pro te dñm ⁊ oĩa pctã tua dimiſit. Solũmodo de manuũ ĩpoſi-tione debes inq̄ri. i. ſi bene ſiue aliter alicui man⁹ ĩpo-ſueris exigeris. Obijt aũt circa annos dñi. cccclx.

¶ De ſancto Petro apoſtolo. lxxxiiij. A.

PEtr⁹ trinomi⁹ extitit. Vocatus eſt em̃ ſimon bariona. Simõ interp̄tat̃ obediẽs vel ponẽs triſtitiã bariona filius columbe. Bar. lingua ſira filius iona hebraice colũba. Fuit em̃ obe-diẽs qñ xp̄s eũ vocauit: q̄ ad vnius iuſſionis vocẽ dño obediuit. ponẽs triſtitiã qñ xp̄m negauit: q̄ egreſſus foras fleuit amare: fili⁹ colũbe: q̄ deo ſimplici intẽtio-ne ſuuiit. Scd̾o vocatus eſt cephas qd̾ interp̄tatur ca-put⁄ vel petra vel increpãs ore. Caput rõne principa-tus ĩ p̄latiõe: petra rõne firmitatis in paſſiõe: icrepãs ore: rõne ꝯſtãtie in p̄dicatiõe. Tertio vocat⁹ eſt petr⁹: qd̾ interp̄tat̃ agnoſcẽs ſiue diſcalciãs vel diſſoluẽs: q̄ xp̄i diuinitatẽ agnouit: cũ dixit. Tu es xp̄s fili⁹ dei vi-ui. Et pedes affectuũ ſuoꝝ in oĩ ope mortuo ⁊ terreno diſcalciauit cũ dixit. Ecce nos reliq̄mus oĩa ⁊ vincula pctõꝝ a nobis diſſoluit: ⁊ hoc ꝑ claues q̄s a dño accepit. Habuit aũt triplex cognomẽ. Dict⁹ eſt em̃ ſimõ ioãna qd̾ interp̄tat̃ dñi pulchritudo. Scd̾o ſimon ioãnis qd̾ ĩterp̄tat̃ cui donatũ ẽ. Tertio ſimõ bariona qd̾ ĩterpre-tat̃ fili⁹ colũbe. Per qd̾ dat̃ intelligi ꝙ ip̄e habuit pul-chritudinẽ moꝝ: dona v̾tutũ: abũdãtiã lachrymaꝝ: q̄ colũba hꝫ gemitũ ꝓ cãtu. Iſtud aũt nomẽ petr⁹ ieſus p̄rio ſibi ĩponẽdũ ꝓmiſit: cũ dicit Joã. j. Tu vocaberis cephas qd̾ iterpretat̃ petr⁹. Scd̾o ꝓmiſſum ĩpoſuit ſi-cut d̾r Mar. iij. Et ĩpoſuit ſimoni nomẽ petr⁹. Tertio impoſitũ ꝯfirmauit: cũ dicit Mat. xvj. Et ego dico tibi: q̄ tu es petr⁹ ⁊c. Ei⁹ martyriũ marcell⁹ lin⁹ papa: egi-ſippus: ⁊ leo papa cõſcripſerunt.



PEtrus apl̾s inter ceteros ⁊ ſupra ceteros apoſtolos maioris fer-uoris extitit. Nã ⁊ ſcire dñi ꝓditorẽ vo-luit: q̄ vt dicit Augu. ſi eum ſciuiſſet dẽtib⁹ diſcerpiſſet. Et ob hoc dñs pro-ditorem ſuum noiare nolebat: quia vt ait Chryſo. ſi ip̄m noiaſſet petrus cõ-tinuo ſurrexiſſet ⁊ ip̄m ꝓtinus truci-daſſet. Hic ſuper mare ad dñm ambu-lauit in dñi transfiguratione ⁊ puel-

le ſuſcitatiōe a dño elect⁹ fuit: ſtaterā in ore piſcis inue
nit claues regni celoꝝ a dño accepit ꝛ paſcendas oues
a xp̄o ſuſcepit tria milia hoīm in pēthecoſtē ſua p̄dica
tione ꝯuertit: ananie ꝛ ſaphire mortē p̄dixit: eneā pa=
raliticū curauit: corneliū baptizauit: tabitā ſuſcitauit
vmbra ſui corpis infirmos ſanauit: ab herode incarce
ratur: ſʒ ab angelo liberat̃. Qualis aūt eius cibus vel
indumētū fuerit ipſe hoc in libro clemētis teſtat̃. Pa
nis inquit ſolus eſt mihi cū oliuis: ꝛ raro cū olerib⁹ in
vſu eſt. indumentū aūt hoc eſt mihi qḋ vides tunicam
cū pallio: ꝛ hoc habens nihil aliud requiro. Fert̃ ꝙ in
ſinu ſemꝑ ſudariū portabat quo crebro fluētes lachry
mas tergebat: qꝛ qñ dulcis allocutiōis ꝛ p̄ſentie dñi
memor erat: pre nimia amoris dulcedine lachrymas
cōtinere nō poterat. Qñ etiā culpā negationis ad me
moriā reducebat: vberrimas lachrymas emittebat: vñ
adeo in cōſuetudine habuit flere vt ei⁹ facies tota adu
ſta lachrymis videret̃: ſicut dicit clemēs. Idē etiā di=
cit ꝙ audito in nocte gallicātu ad orationē ſurgere cō
ſueuerat: ꝛ tūc ſilr vt dr ad fletū prorūpere ꝯſueuit. Re
fert quoqꝫ clemēs ſm ꝙ in eccleſiaſtica hiſtoria inuenit
tur ꝙ cū vxor petri ad paſſionē duceret̃ petrus ingen=
ti gaudio exultauit ac eā ꝓprio vocās noīe poſt eā cla
mauit. O coniux memēto dñi. Quadā vice dū petrus
apl's duos de diſcipulis ſuis miſiſſet ad predicādū dñi
xx. dietas iuiſſent vnus illoꝝ defunct⁹ eſt alter x̄o ad
Petrum redijt ꝛ qḋ acciderat nūciauit. Hic dicit̃ fuiſ
ſe btūs Marcialis: vel ſm quoſdā maternus. alibi le=
git̃ ꝙ prim⁹ fuit btūs frōto ſoci⁹ qui defunct⁹ eſt. ſcḋo
fuit pbr Georgi⁹. Tūc petr⁹ ſuū baculū ſibi tradidit p̄
cipiēs vt ad ſociū ꝑgeret ꝛ cū ſuꝑ illū poneret. Qḋ cū
feciſſet ille qui iam ꝑ quadraginta dies iacebat mortu⁹
protin⁹ ſurrexit viuus. B. ¶ Eo tpe erat in hierlm q̄dā
magus noīe ſimon qui ſe primam x̄tutē dicebat: ꝛ ſibi
credētes ꝑpetuos effici aſſerebat ꝛ nulla ſibi īpoſſibi=
lia dicebat: legitur etiā in libro clementis ipm̄ dixiſſe.
Adorabor vt de⁹ publice: diuinis donabor honorib⁹ ꝛ
q̄cq̄d voluero facere potero. Aliqñ cū mr̃ mea rachel
iuberet me exire ad cāpū vt meterē: ego falcē vidēs po
ſitā p̄cepi falci vt ꝑ ſe meteret ꝛ meſſuit decuplo am=
plius ceteris. Addidit quoqꝫ ꝛ hoc ſm qḋ dicit Hiero.
Ego ſum ſermo dei: ego ſpecioſus: ego paracletus: ego
oīps: ego aīa dei. Serpētes quoqꝫ eneos faciebat ſe mo
uere: ſtatuas eneas ꝛ lapideas ridere ꝛ canes cātare.
Hic vt Linus ait volēs diſputare cū petro ꝛ oſtēdere
ꝙ de⁹ eſſet ſtatuta die venit petrus ad locū certaminis
ꝛ aſtātibus petr⁹ dixit. Pax vobis frēs q̄ veritatē ama
tis. Cui Simō. Nos tua pace opus nō habem⁹. Si eñ
pax ſit ꝛ ꝯcordia ad iueniēdā veritatē nihil ꝓficere po
terim⁹. Habēt eñ intra ſe pacē latrones: ꝓpter qḋ no
li inuocare pacē ſʒ pugnā. Duob⁹ eñ inter ſe dimican
tib⁹: tūc erit pax cū alter fuerit ſupat⁹. Et petrus. Cur
times audire pacē. Ex pctīs eñ bella naſcunt̃: vbi aūt
pctm̄ nō fit: eſt pax. In diſputatiōibus x̄itas: in operi=
bus iuſticia inuenit̃: ꝛ ſimō. nihil dicis: ſʒ ego oſtēdaʒ
tibi deitatis mee potētiā: vt repēte adores me. Ego ſū
prima virtus ꝛ poſſum volare per aera: nouas arbo=
res facere: lapides in paneʒ mutare: in igne ſine leſiōe
durare: ꝛ oīa q̄ volo poſſum facere. Cōtra hunc igit̃ ſi
monē petrus diſputabat ꝛ oīa eius maleficia detege=
bat. Tūc ſimō videns: qꝛ petro nō poſſet reſiſtere oēs li
bros ſuos magice artis: ne forte mag⁹ ꝓderet̃ ī mare
ꝓiecit: ꝛ romā vt ibi deus habeat̃ perexit. Qḋ vbi petr⁹
cōperit ipm̄ inſequit̃ ꝛ romā vſqꝫ ꝓficiſcit̃. C. ¶ Quar
to igit̃ anno claudij impatoris petrus romā applicuit
ꝛ ibi ānis. xxv. ſedit: ꝛ duos epōs linū ꝛ cletū ſibi coad

iutores vt ait ioānes beleth: vnū extra muros vrbis
aliū intra ordinauit. Predicatiōe aūt iſiſtēs m̄ltos ad
fidē ꝯuertebat: ꝛ infirmos q̄ plures curabat. Sed ꝛ in
predicatiōe ſua ſemꝑ laudās ꝛ p̄ferēs caſtitatē q̄tuor
cōcubinas agrippe p̄fecti adeo ꝯuertit ꝙ ad p̄fectū re
dire vlterius recuſarent: vñ irat⁹ p̄fect⁹ aduerſus pe=
trū occaſionē q̄rebat. Poſt hoc apparuit dñs petro di
cēs. Simō ꝛ nero ꝯ te cogitāt: ſed ne timeas: qꝛ tecum
ſum vt eruā te: ꝛ dabo tibi ſerui mei pauli ſolatiū qui
cras romā igredi et̃. Sciēs igit̃ petrus vt ait linus: qꝛ
velox eſſet diſpoſitio tabernaculi ſui in ꝯuentu fratrū
poſitus manū clemētis apprehēdit ꝛ eū in epm̄ ordi=
nauit ꝛ i cathedra loco ſui ſedere coegit. Poſt hoc pau
lus ſicut dñs p̄dixerat romā venit ꝛ cū petro xp̄m p̄di=
care cepit. Simō autem magus in tm̄ a nerone amaba
tur ꝙ vite eius ꝛ ſalutis ꝛ tori⁹ ciuitatis cuſtos ſine du
bio putabat̃. Quadā aūt die ſicut dicit leo papa dū an=
te neronē aſtaret: eius effigies ſubito mutabat̃: ꝛ mo=
do ſenior ꝛ modo adoleſcētior: videbat̃. Qḋ cū videret
nero verū hunc eſſe dei filiū eſtimabat. Dixit itaqꝫ ſimō
magus neroni: ſicut idē leo refert. Ut ſcias optime im=
perator me dei filiuʒ eſſe iube me decollari ꝛ tertia die
reſurgā. Precepit igitur nero carnifici vt eū decollare
deberet. Qui cū putaret ſe decollare ſimonē decollauit
arietē. Simon autē arte magica illeſus euaſit: ꝛ arie=
tis membra colligens ea abſcondit ꝛ tribus diebus ſe
occultauit. Sanguis autē arietis ibidē cōgelatus re=
māſit. Die aūt tertio oſtēdit ſe neroni dicens. Fac ſan
guinē meū qui effuſus eſt extergi: qꝛ ecce ego qui decol
latus fuerā ſicut ꝓmiſi die tertia reſurrexi. Quē nero
videns obſtupuit: ꝛ ipm̄ verū dei filiuʒ eē putauit: hec
leo. Aliqñ ēt cū in ꝯclaui cū nerone eſſet: demon in ei⁹
ſpecie foris populo loquebat̃. Deniqꝫ romani in tanta
veneratione eū habuerūt ꝙ eidē imaginē fecerunt: et
hunc titulū ſupſcripſerūt. Simoni deo ſctō. D. ¶ Pe
trus aūt ꝛ paul⁹ vt leo teſtat̃ ad neronē introierunt: et
oīa eius maleficia detegebant. Addidit quoqꝫ petrus
ꝙ ſicut in xp̄o ſunt due ſubſtantie. ſ. dei ꝛ hoīs: ſic ꝛ in
iſto mago ſunt due ſubſtātie. ſ. hoīs ꝛ diaboli. Dixitqꝫ
ſimon vt teſtant̃ ſanctus marcellus ꝛ leo. Ne diutius
hūc patiar inimicū: precipiā angelis meis vt vindicēt
me de iſto. Cui petrus. Angelos tuos nō timeo: ſʒ ipſi
me timēt. Nero dixit. Non times ſimonem qui diuini
tatem ſuam rebus affirmat? Cui petrus. Si diuinitas
eſt in ipſo: dicat nūc mihi q̄d cogito vel q̄d facio: quam
cogitationē meam priuo auribus tuis inſinuo: vt non
audeat mentiri. Nero dixit. Accede huc ꝛ dic mihi q̄d
cogitas. Petrus autem accedens ſecreto dixit. Iube
mihi panē ordeaceū afferri ꝛ occulte dari. Qui cū alla
tus fuiſſet ꝛ petrus eū benedixiſſet ꝛ ſub manica abſcō
diſſet dixit. Dicat ſimō qui ſe deū fecit quid ſit cogita=
tū: quid dictum ꝛ quid factum. Reſpondit ſimon. Pe=
trus magis dicat q̄d cogitē ego. Dixitqꝫ petrus. Quid
cogitet ſimō me ſcire docebo: dū qḋ cogitauerit fecero
Tūc ſimō indignatus clamauit. Procedāt canes ma=
gni ꝛ deuorent eū. Et ſubito canes maximi apparue=
runt ꝛ in petrum impetum fecerunt. Ille vero panem
benedictū obtulit ꝛ ſubito ipſos in fugā cōuertit. Tūc
dixit ad neronem petrus. Ecce oſtēdi tibi me noſſe q̄d
contra me cogitauerat ſimon: non verbis: ſed factis.
Nā qui ꝓmiſerat cōtra me angelos vēturos exhibuit
canes vt oſtendat ſe diuinos angelos nō hr̃e: ſed cani=
nos. Dixitqꝫ ſimon. Audite petre ꝛ paule: ſic hic vobis
nihil poſſum facere: veniem⁹ vbi opꝫ me vos iudicare:
ego autem vobis modo parco. Hec leo. E. ¶ Tunc ſi=
mon vt ait egeſippus ꝛ linus in ſuperbiā elatus auſus

eſt ſe iactare ꝙ poſſet mortuos ſuſcitare. Et accidit vt
quidā iuuenis moreret. Uocatis ergo petro ⁊ ſimone
hanc oēs de volūtate ſimonis ſniaȝ firmauerūt vt ille
occideret q̄ mortuū ſuſcitare nō poſſet. Simō igit dū
ſup mortuū ſuas incantationes faceret: viſus eſt iā cir
cūſtantib⁹ caput agitare defuncti. Tunc oēs exclamā
tes petrū lapidare volebāt. Petr⁹ aūt vix imperato ſi
lētio dixit. Si viuit defunct⁹ ſurgat: ambulet: ⁊ loqua
tur: alioquin ſciatis fantaſma eſſe ꝙ caput mortui cō-
moueť. Separať ſimon a lectulo vt plene figmēta dia
boli denudenť. Separeť igiť ſimō a lectulo ⁊ puer im-
mobilis remāſit. Petr⁹ aūt a lōge ſtās ⁊ orōne facta ex
clamauit dicēs. Adoleſcens in noīe ieſu xp̄i nazareni
crucifixi ſurge ⁊ ambula: ⁊ ſtatim viu⁹ ſurrexit ⁊ ambu
lauit. Cū aūt pp̄ls vellet ſimonē lapidare ait petrus.
Satis eſt illi ad penā ꝙ ſe in ſuis artib⁹ agnoſcit ſu-
peratū. Magiſter aūt noſter nos docuit vt ꝓ malis bo-
na reddam⁹. Dixit aūt ſimō. Scitote vos petre ⁊ pau-
le nō vobis ꝯtiget qđ cupitis vt martyrio vos digner
coronare. Qui dixerūt: adueniat nobis qđ cupim⁹: ti
bi aūt nūꝗ̄ bn̄ ſit: q̄ꝛ q̄cūꝗ̄ loq̄ris mētiris. Tūc ſimō vt
ait ſctūs marcell⁹ iuit ad domū marcelli diſcipuli ei⁹
ligauitq̄ maximū canē ad oſtiū dom⁹ ei⁹ dicens. Nūc
videbo ſi petr⁹ q̄ ad te venire cōſueuit ingredi poterit
Poſt paululū venit petr⁹ ⁊ facto ſigno crucis canē ſol
uit. Canis aūt oībus alijs bland⁹ ſolū ſimonē pſeque-
bať: q̄ apprehēdēs cū ad terrā ſubit⁹ ſe deiecit et eum
ſtrangulare volebat. Accurrēs aūt petr⁹ cani clama-
uit ne ei noceret. Et canis quidē corp⁹ ei⁹ nō leſit: ſed
veſtes adeo lacerauit: vt ille nudus poſit⁹ remaneret.
Pp̄ls aūt ⁊ maxime pueri cū cane tādiu poſt eū cucur-
rerūt donec illū quaſi lupū de ciuitate fugarēt. Cuius
opprobrij pudorē non ferens ꝑ annū nuſꝗ̄ cōparuit.
Marcell⁹ aūt hec miracula vidēs deinceps petro ad-
heſit. Poſtea aūt ſimō rediens iterū in neronis ami-
citiā eſt recept⁹. Simō igiť vt refert leo ppl̄m cōuoca-
uit ⁊ ſe a galileis grauiter offenſum ꝓhibuit: ⁊ idō vrbē
quā tueri ſolebat ſe deſerere velle dixit: ⁊ diē ſtatuere
q̄ in celū deberet aſcēdere: q̄ꝛ nō dignabať ī terris am
plius habitare. Statuto igiť die turrim excelſā: vel ſcʒ
lināū capitoliū ꝯſcendit ⁊ inde deijciēs coronat⁹ lauro
volare cepit. Dixit aūt paul⁹ ad petrū. Meū ē orare et
tuū ē iꝑare. Dixitq̄ nero. Uerax ē hic hō vos aūt ſedu
ctores eſtis. Petr⁹ aūt dixit ad paulū. Paule erige ca-
put ⁊ vide. Cūq̄ eleuaſſet caput ⁊ vidiſſet ſimonē vo-
lātē dixit ad petrū. Petre q̄d ceſſas: ꝑfice qđ cepiſti: iā
agitari. Tūc iudex irat⁹ fecit radi caput ei⁹ ⁊ nudā per
ciuitatē vſq3 ad apollinē duci. Ubi idolo īꝑauit ⁊ cor-
ruēs in puluerē eſt redactū. Qđ audiēs iudex expauit
⁊ ſpm̄ tradidit. Huic ſucceſſit iulian⁹ q̄ fornacē ſuccē-
di fecit ⁊ xp̄inā intus iactari. Ubi per quinq3 dies cum
angelis cantans ⁊ deambulās illeſa ꝑmāſit. Quod au
diēs iulianus ⁊ magicis artib⁹ hoc aſcribēs duas aſpi
des: duas viperas: duoſq3 colubros ad eam dimitti fe
cit: ſed ſerpētes ei⁹ pedes linguntꝛ aſpides nil nocētes
ad vbera ei⁹ pēdēt: colubri collo ſe voluētes ſudorē lin
gunt. Julianus aūt incātori dixit. Nūquid ⁊ tu magus
es irrita beſtias. Qđ cū faceret ſerpentes in eū ipetū
fecerūt: ⁊ eū ꝓtinus occiderūt. Tunc ſerpentib⁹ im-
perauit xp̄ina ⁊ ad deſertum locū ire fecit: ⁊ mortuū ho
minem ſuſcitauit. Tunc iulianus mānillas eius p̄ſci-
di mādauit de q̄bus lac ꝓ ſanguine fluxit. Deinde lin
guam eius precidi fecit. Xp̄ina vero nequaq̄ loquelā
amittēs preciſuram lingue accipiens in faciem iulia
ni proiecit ⁊ oculum eius inde percutiēs eū excecauit.
Iratuſq3 iulianus duas ſagittas circa cor eius ⁊ vnam
in latus eius dimiſit. Et illa percuſſa ſpm̄ deo tradidit
circa annos dn̄i. cclxxxvij. ſub Diocletiano. Requieſcit
aūt corpus eius in quodā caſtro qđ bulſenū vocat̄ in-
ter vrbē veterē ⁊ viterbiū ſito. Tirus em̄ que iuxta ca-
ſtrum illud erat funditus eſt euerſa.

¶ De ſancto Jacobo ap̄lo maiore. xciiij. A.

Iacobus iſte ap̄ls dict⁹ eſt iacobus ʒebedei
iacob⁹ frater ioānis boanerges. i. filii⁹ toni
trui ⁊ iacob⁹ maior. Dicit̄ em̄ iacob⁹ ʒebe-
dei. ſ. fili⁹: nō tm̄ carne: ſʒ ēt noīs interpre-
tatione: ʒebedeus interp̄tat̄ donās ſiue do
nat⁹: ⁊ beat⁹ iacob⁹ ſeipʒ xp̄o donauit ꝑ mor
tis martyriū: ⁊ a deo nobis donat⁹ ē ī ſpūalē patronū.
Dicit̄ aūt iacob⁹ frater ioānis: q2 fuit ei⁹ frater: nō tm̄
carne: ſʒ etiā moꝝ ſimilitudine. Ambo em̄ fuerūt eiuſ-
dē ʒeli: eiuſdē ſtudij: eiuſdē voti. Eiuſdem ʒeli ad dn̄m
vlciſcendū: cū em̄ ſamaritani xp̄m nō receperāt iacob⁹
⁊ ioānes dixerūt. Uis dicim⁹: deſcendat ignis de celo ⁊
cōſumet illos. Eiuſdē ſtudij ad diſcendū. Añ iſti preci-
pue fuerūt q̄ xp̄m de die iudicij ⁊ alijs vēturis interro
gauerūt. Eiuſdē voti ad obtinēdū: q2 ſeſſionē ad dexte
rā ⁊ ſiniſtrā xp̄i ambo hr̄e voluerūt. Dicit̄ fili⁹ tonitrui
rōne ſonore p̄dicatiōis: q2 malos terrebat: pigros exci
tabat oēs ſua altitudine ī admiratione ꝯuertebat: vn̄
dr̄ Beda de ioāne q̄ tā alte intonuit, vt ſi aliquātulū al
tius intonuiſſet tot⁹ mund⁹ eū cape nō potuiſſet. Di-
cit̄ iacob⁹ maior ſicut alter minor. Primo rōne voca
tionis: q̄m prius vocatus eſt a xp̄o. Scđo rōne familia
ritatis: q̄m maiorē familiaritatē vr̄ xp̄s habuiſſe cū iſto
q̄ cū illo: ſicut patet: q2 ip̄m ad ſecreta ſua admittebat:
ſicut fuit ad puelle reſuſcitationē ⁊ ad glīoſaʒ trāſfigu
rationem. Tertio rōne paſſiōis: q2 prim⁹ inter ceteros
ap̄los paſſus eſt. Sicut ergo dr̄ maior alio ex eo q̄ pri⁹
vocat⁹ eſt ad apoſtolatus gratiā: ita poteſt dici maior
ex eo q̄ prius vocatus eſt ad eternitatis gloriam.



Iacob⁹ ap̄ls fili⁹ ʒebedei poſt aſcē
ſionē dn̄i dum ꝑ iudeā ⁊ ſamariā
predicaret: in hiſpaniā tādē iuit vt ibi
verbū dn̄i ſeminaret: ſed dum ibi ſe ꝓ-
ficere nil videret ⁊ ſolūmō ibidē. ix. di-
ſcipulos acq̄ſiuiſſet: duos exiliis eā p̄-
dicandi reliquit ⁊ alios. vij. ſecū aſſu-
mēs iteꝝ ī iudeā redijt. Magiſter aūt
iohānes beleth dicit q̄ tm̄ ibi vnū con
uertit. Cum ergo in iudea verbū dn̄i p̄-
dicaret: magus q̄dā noīe hermogenes
cū phariſeis diſcipulū ſuū noīe philetum ad iacobum
miſit vt ipſum philetus coram iudeis ꝯuinceret qđ ſua
predicatio falſa eſſet: ſed cū ap̄ls corā oībus rōnabili-
ter eū ꝯuiciſſet ⁊ mlta corā eo miraculū feciſſet redijt
philetus ad hermogenē doctrinā iacobi approbans ⁊
miracula recitās ac ei⁹ diſcipulū ſe velle fieri ꝯteſtās:
⁊ vt ipſe ſimiliter efficeret̄ diſcipulus ꝑſuadēs. Tunc
hermogenes iratus arte ſua magica: ita eū īmobilē fe
cit: vt ſe nullatenus mouere poſſet. dicēs. Uidebimus
ſi iacobus tuus te ſoluat. Qđ cū philet⁹ iacobo ꝑ pue-
rū ſuū nūciaſſet miſit ad eū ſudariū ſuum dicens. Acci
piat ſudariū ⁊ dicat. Dn̄s erigit eliſos: ipſe ſoluit cōpe
ditos. Statimq3 vt de ſudario tactus eſt ſolutus a vin-
culis magicis artibus hermogenis īſultauit ⁊ ad iaco
bū ꝓperauit. Iratus hermogenes demones aduocauit
p̄cipiēs vt ip̄m iacobū vinctū cū phileto adducant: vt
de ipſis ſe vindicet ne diſcipuli eius decetero ſibi au-
deāt taliter inſultare. Uenientes aūt demones ad iaco
bū ī aere vlulare ceperūt dicētes. Jacobe ap̄le dei mi-

ſcere nobis: qꝛ anteq̃ tꝑs nr̃m adueniat tã ardemus.
Quibꝰ iacobꝰ ait. Ut qͩ veniſtis ad me. Qui dixerunt
hermogenes miſit nos vt te ⁊ philetũ ad ipſuʒ duxere
mus. Sʒ mox vt ad te venimꝰ: angelus dei nos cathe
nis igneis religauit ⁊ plurimũ cruciauit. Quibꝰ Jaco
bus. Exoluat vos angelus dñi ⁊ ad ipm̃ redite ⁊ cũ ad
me victũ adducite: ſʒ illeſum. Qui cũ abijſſet apprehē
dētes hermogenem manus ei a tergo ligauerũt ⁊ ipm̃
ſic vinctũ ad iacobum adduxerũt dicētes. Miſiſti nos
vbi incēſi ſumꝰ ⁊ grauiter cruciati. Dixerũtq; demones
ad iacobũ. Da nobis ī eũ ptātē vt poſſimus tuas iniu-
rias ⁊ nr̃a icēdia vindicare. Quibꝰ ait iacobꝰ. Ecce phi
letꝰ añ vos eſt: cur eũ nõ tenetis. Cui illi. Nos nõ poſ-
ſumꝰ nec formicã q̃ in cubiculo tuo eſt manu ꝯtigere.
Dixitq; iacobꝰ ad philetũ. Ut bona ꝓ malis ſm̃ q xp̃s
nos docuit reddamꝰ: hermogenes te ligauit tu eũ ſol-
ue. Solutꝰ hermogenes ꝯfuſus ſtetit ⁊ iacobꝰ apl̃s ei
dt. Uade liber quocũq; volueris. Nõ ē eī diſcipline nr̃e eſt
vt inuitꝰ aliqs ꝯuertat̃. Dixitq; ei hermogenes. Ego no
ui iras demonũ niſi mihi aliqd dederis qd mecum ha-
beã occidēt me: cui iacobꝰ baculũ ſuũ dedit. Ille autē
pꝛexit ⁊ oēs libꝛos artis ſue magice ad aplz cremãdos
attulit. Jacobꝰ aũt ne forte odoꝛ icēdij vexaret icautos
eos in mari ꝓijci fecit: ꝓiectis ḡ libꝛis ad aplm̃ redijt
⁊ plãtas eiꝰ tenēs dixit. Aĩaꝝ liberatoꝛ accipe penitē-
tē quē inuidētē ⁊ detrahētē hactenꝰ ſuſtinuiſti. Cepit
igit̃ ī dei timoꝛe pfectꝰ eē adeo vt virtutes plurime per
eũ fierēt. Uidētes ḡ iudei hermogenē ꝯuerſum zelo cõ
moti Jacobũ adierũt: ⁊ cur ieſum crucifixum pdicaret
increpauerũt. Ille vero cũ eis per ſcripturas aduentũ
xp̃i ⁊ paſſionē euidēter ꝓbaſſet plurimi crediderũt. B.
¶ Abiathar vero pōtifex anni illiꝰ ſeditionē ī pplo exci
tauit: ⁊ miſſo fune in collo apli ipm̃ ad herodem aggri
pã adduci fecit. Cũq; iuſſu eiꝰ ad decollandũ duceret̃:
qdã paraliticus in via iacēs ad eũ clamauit vt ſibi ſa-
nitatē ꝯferret. Cui iacobꝰ ait. In noīe ieſu xp̃i ꝓ cuius
fide ducoꝛ ad decollãdũ exurge ſanꝰ ⁊ bñdic creatoꝛem
tuũ. Et ſtatī ſanatꝰ ſurrexit ⁊ dñm bñdixit. Scriba aũt
q funē in collo ſuo miſerat ⁊ trahebat noīe ioſias: hoc
vidēs ad pedes eiꝰ ſe ꝓiecit ⁊ veniã petēs ſe xp̃ianũ fie
ri poſtulauit. Qd vidēs abiathar eũ teneri fecit: ſibiq;
dixit. Niſi nomē aut xp̃i maledixeris cũ ipo iacobo de
collaberiſ: cui ioſias. Maledictꝰ tu ⁊ maledicti oēs dies
tui. Nomē aũt dñi ieſu xp̃i ſit bñdictũ in ſcl'a. Tũc abia
thar os eiꝰ pugnis cedi iuſſit: ⁊ miſſa de eo legatiōe ad
herodem īpetrauit vt cũ iacobo decollaret̃. Cũ aũt am
bo decollari deberent iacobus a ſpiculatoꝛe lagenam
aque petijt ⁊ ibidem ioſiã ꝓtinus baptizauit, ⁊ ſtatim
capitis obtrũcatiōe vterq; martyriũ conſummauit. E.
¶ Decollatꝰ ē aũt btũs iaco. viij. kal. april. ī anũciatio
ne dñica. ⁊. viij. kal. aug. cõpoſtellã trãſlatꝰ ē. ⁊. iij. kal.
ianuarij ſepultus: qꝛ ſepulcri eiꝰ fabꝛica fuit ab augu.
vſq; ad ianuariũ ꝓtelata. Statuit igit̃ eccl'ia vt feſtum
eiꝰ. viij. kal. augu. in tpe. ſ. magis cõgruo debet vl' ce-
lebꝛari. Decollato aũt iacobo vt ioãnes beleth ait qui
hãc tranſlationē diligēter exequit̃: diſcipuli eiꝰ corpꝰ
nocte timoꝛe iudeoꝝ rapiētes naui illud īpoſuerũt et
ſepulturã diuine ꝓuidētie ꝯmittētes nauī ſine regimīe
cõſcēderũt ⁊ angelo dñi duce ī galliciã ī regno lupe ap
plicuerũt. Erat eñ ī hiſpania regina qdã ſic dicta noīe
⁊ merito vite. Depōnētes igit̃ corpꝰ de naui ſup quen-
dã magnũ lapidē illud depoſuerũt. Qui lapis mox vt
cera corpi ceſſit ⁊ ī ſarcophagũ corpi ſe mirabilit̃ coa-
ptauit. Ingredientes igit̃ diſcipli ad lupã dixerũt. Dñs
ieſus xp̃s mittit ad te corpus diſcipuli ſui vt quem no
luiſti recipe viuũ: ſuſcipias defũctũ. Et narrãtes ei mi
raculũ qualr̃ illud ſine regimine illuc aduenisset locũ
ad eiꝰ ſepulturã ꝯgruũ petierũt. Qd dũ regina audiſſet
vt dt Jo. beleth eos ī dolo ad quēdã viꝝ crudeliſſimũ:
vel ſm̃ alios ad regē hiſpanie deſtinauit vt eiꝰ ſup hoc
ꝯſēſũ hr̃ent. Qui eos cepit ⁊ ī carcerē recluſit. Cũ aũt il
le diſcũberet ãgelꝰ dñi carcerē apuit ⁊ eos libere abire
pmiſit. Qd cũ ille cognouiſſet velocit̃ poſt eos milites q
eos caperēt deſtinauit. Cũ aũt milites illi pōtē trãſirēt
fracto pōte oēs in flumīe ſũt ſubmerſi. Qd ille audiēs
pnia ductꝰ ſibi ⁊ ſuis metuēs miſit poſt illos rogãs vt
ad ſe redirēt ⁊ quicqd vellēt ad libitũ ipetrarēt. Illi aũt
redierũt ⁊ pplz ciuitatis ad fidē dñi ꝯuerterũt. Qd lupa
audiēs vehemēter doluit ⁊ redeũtibꝰ ad ſe diſcipulis
⁊ aſſenſuʒ regis aplētibꝰ illa rñdit. Accipite boues qs
habeo ī tali loco ī mõte ⁊ plauſtrũ iũgite ac corpꝰ dñi
vr̃i deferte ⁊ locũ ſicut volueritis edificate. Hec aũt lupia
cogitatiōe dicebat. Sciebat eñ boues tauros eē idomi
tos ⁊ ſilueſtres: ⁊ iõ putauit q nõ poſſent iungi nec ap
plicari: vel ſi iũgerent̃ huc illucq; diſcurrerēt ⁊ ſic cur
rũ diſſiparēt ⁊ corpꝰ deijcerēt ⁊ ipſos necarēt. Sed nõ
eſt ſapia ꝯ deũ. Illi aũt dolũ eiꝰ nõ cogitãtes mõtē aſcē
dũt ⁊ draconē qndã ſpirãtē ⁊ ī eos irruētē cruce appoſi
ta p mediũ vētrē ſcīdũt. Facto ēt ſigno crucis ſup tau
ros velut agni ſubito mãſueſcũt ⁊ illos iũgētes corpꝰ
ſcti iacobi cũ lapide ſup quē poſitũ fuerat in curru po-
ſuerũt. Boues aũt ſine alicuiꝰ regimīe corpꝰ in mediũ
palatiũ lupe detulerũt. Qd illa audiēs ⁊ ſtupēs credi
dit ⁊ xp̃iana effecta oīa q petierũt tribuit ⁊ palatiuʒ in
eccl'iaʒ. ſ. iaco. dedicãs magnifice ipãʒ dotauit ⁊ ī bonis
opibus vitã finiuit. Uir qdã noīe bernar. de ꝯtatu mu-
tiñ. vt ait calixtꝰ pa. cũ captꝰ ⁊ cathenatꝰ ī ꝓfundo tur-
ris poſitus eēt ⁊ ſp btm̃ iacobũ iuocaret appuit ei ſan-
ctus iacobꝰ dicēs. Ueni ſeq̃re me ī galliciã. Et ꝯfractis cathe
nis cũ diſpuiſſet: ille vinculis ad collũ ſuſpēſis ad ſũmi
tatē turris cõſcēdit ⁊ inde ſine aliq̃ leſiōe vnicũ ſaltũ fe-
cit: cũ tñ turris. lx. cubitoꝝ altitudinē poſſideret qdã vt
ait Beda cũ enoꝛme pctm̃ pꝑmũ ꝯmiſiſſet ⁊ eps ꝯfitē-
tē abſoluere timuiſſet hoiez illũ cũ cedula ī q illd pctm̃
ſcriptũ erat ad ſctm̃ ia. miſit. Cũ ḡ ī feſto eiuſdē cedulã
ſup altare poſuiſſet ⁊ ſctm̃ iaco. vt illud pctm̃ deleret
ſuis meritis exoꝛaret cedulã poſtmodũ apuit ⁊ penitꝰ
deletũ inueniēs deo ⁊ ſctō iaco. gr̃as reddidit ⁊ factuʒ
oībꝰ publicauit. Triginta viri de lothoꝛingia: vt ait Uber
tus biſuntinus circa annũ dñi. M. lxx. ad ſctm̃ iacobũ
ꝓperãtes oēs vno excepto fidē ſibi mutui ſeruitij ꝓmi
ſerũt. Unꝰ igit̃ illoꝝ infirmatus. xv. diebus a ſocijs ex
pectat̃: ſʒ tãdē a cũctis relinquit̃: ⁊ a ſolo illo q fidē non
ꝓmiſerat ad pedē mõtis ſcti michaelis cuſtodit̃. Sʒ ad
ueſpaſcēte die moꝛit̃. Uiuus aũt ꝓpter illiꝰ loci ſolitu
dinē ⁊ defuncti pñtiã ⁊ imīnētē noctis caliginē ⁊ bar-
barice gētis feritatē valde timuit. Sʒ ſtatiʒ btũs iaco
bus ī ſpē eqtis ſibi apparēs ⁊ eũ ꝯſolãs ait. Trade mi-
hi hũc moꝛtuũ ⁊ tu aſcende poſt me ſup equũ: ſicq; illa
nocte ante ſolis oꝛtũ dietas. xv. peragentes ad montē
gaudij q eſt dimidia leuca circa ſctm̃ iacobũ ꝑuenerũt
ibi ſanctus iacobus vtrũq; depoſuit: pcipiens vt cano-
nicos ſcti Jacobi ad ſepeliendũ peregrinũ moꝛtuũ cõ
uocaret ⁊ ſuis ſocijs diceret q ꝓpter fidē fractã eoꝝ
ꝑegrinationi nil valeret. Qui iuſſa ꝯpleuit ⁊ ſtupētibus
ſocijs: de eius itinere ea qui ſanctus iacobus dixerat
intimauit. E. ¶ Theutonicus quidã vt ait caliſtus pa
pa cũ filio ſuo circa annũ dñi. M. xx. ad ſctm̃ iacobum
ꝑgens ⁊ in vrbe tholoſa grã hoſpitãdi diuertēs: ab ho-
ſpite inebꝛiat̃ ⁊ ab eo ī mantica argēteꝰ cyphus abſcōdi
tur mane igitur exeuntes quaſi latrones iſequēs reuo-
cauit ⁊ q cyphũ argenteũ furati fuerint eiſdē obiecit

cui cū diceret ꝙ punire eos faceret ſi apud eos cyphū inuenire poſſet. Et cū apta malha inuētꝰ fuiſſet ꝓtinꝰ ad iudicē rapiunt. Data ergo ſnīa oīa q̄ habebāt hoſpiti tradunt ⁊ vnꝰ eoꝝ ad ſuſpēdiū iudicat. Sed cū pr̄ ꝓ filio ⁊ filiꝰ ꝓ patre mori vellet. Tādē filiꝰ ſuſpēdit: ⁊ pr̄ ad ſctm̄ iacobum merēs ꝓgredit. Igit poſt .xxxvj. dies rediēs ⁊ ad corpꝰ filij diuertēs ſup eum lamentabiles voces ꝓmebat. Et ecce filiꝰ ſuſpēſus cōſolari cepit ip̄z di. Dulciſſime pr̄ ne fleueris q2 nunq̄ mihi ſic bn̄ fuit qm̄ hucuſq; ſctūs iacobus me ſuſtētat ⁊ celeſti dulcedine refocillat. Qḋ pater audiēs ad vrbē cucurrit: ⁊ venientes ppl'i filiū pegrini incolumē depoſuerūt ⁊ hoſpitē ſuſpēderūt. Refert Hugo de ſctō victore ꝙ cuidā pegrino ad ſctm̄ iacobū pgēti diabolꝰ in ſpecie ſcti iacobi apparuit ⁊ de miſeria pn̄tis vite plura cōmemorans felicē ſe eſſe ſi ob honorē ſuū ſe necaret aſſeruit. Qui mox gladiū arripuit ⁊ ꝓtinꝰ ſeip̄m occidit. Et cū ille in domo cuiꝰ hoſpitatus fuerat: ſuſpectꝰ haberet ⁊ mori plurimū formidaret cōtinuo q̄ mortuus fuerat reuixit aſſerēs ꝙ dū demō q̄ mortē ſuaſerat ad ſupplicia ip̄m duxiſſet btūs iacobꝰ mox occurrit: ⁊ ereptū ad thronū iudicis duxit: ⁊ accuſantibꝰ demonibꝰ vt vite reſtitueret obtinuit. Quidā iuuenis de territorio lugdunēſi. vt narrat Hugo abbas cluniacēſis. q̄ ad ſctm̄ iacobū frequēter cū deuotione magna ire ſolebat quadā vice dū illuc tēdere vellet nocte illa in fornicationē lapſꝰ eſt. Pergēti igit nocte quadā diabolꝰ in ſpē ſcti iacobi apparuit dicens. Noſti q̄ ſum. Negāti illi dixit diabolꝰ. Ego ſum iacobus apl's quem ſingulis annis viſitare cōſueuiſti. Sciaſq; multum de deuotione tua gaudebā: ſ; nup de domo tua egrediens in fornicationē incidiſti ⁊ nō cōfeſſus ad me accedere preſumpſiſti: quaſi tua peregrinatio deo ⁊ mihi placere poſſet. Non ſic expedit: ſed q̄cunq; ad me peregrinando venire deſiderat prius pctā ſua ꝑ cōfeſſionem debet pandere: et poſt peregrinando eadē cōmiſſa punire. Et his dictis demō euanuit. Tūc iuuenis anxiatꝰ domū ſuā redire et peccata ſua cōfiteri: deinde iter reincipere diſponebat. Ecce diabolus apparens iteruz in ſpecie apoſtoli hoc oīno diſſuaſit: aſſerens ꝙ pctm̄ illud nullo mō ſibi remitteretur: niſi penitꝰ genitalia ſibi mēbra ſecaret. beatior aūt foret ſi ſe vellet occidere ⁊ ꝓ eius noīe martyr eſſe. Juuenis igit nocte ſocijs dormiētibus gladiū accipiēs genitalia ſibi p̄cidit deinde codē cultro ſe ꝑ ventrē tranſfigit. Expergefacti ſocij hoc vidētes ⁊ plurimū formidātes: ꝓtinus auſugerūt ne ſuſpecti de homicidio haberent. Verūtn̄ dum fouea ei pararet q̄ fuerat defunctus reuixit ⁊ cūctis fugiētibꝰ ⁊ ſtupentibus que ſibi acciderant enarrauit dicēs. Cū me ad ſuggeſtionem demonis occidiſſem: demones me capientes verſus romā deducebant. Et ecce poſt nos btūs iacobus ꝓtinus cucurrit ⁊ demones de fallacia plurimū increpauit. Cūq; adinuicē diutius diſceptarēt cogente beato iacobo ad quoddā pratū venimꝰ vbi virgo btā cum multis ſctis colloquēs reſidebat. Cui cū beatꝰ iacobꝰ ꝓ me cōqueſtus fuiſſet illa plurimū demones increpauit: ⁊ me vite reſtitui p̄cepit. Beatus igit iacobꝰ me ſuſcipiēs vite reddidit vt videtis. Poſt triduū ergo ſolis in illo cicatricibus remanentibꝰ iter arripuit: ⁊ inuētis ſocijs oīa ꝑ ordinē enarrauit. F. ¶ Francus quidā vt ait calixtus papa circa annū dn̄i .M.c. cū vxore ⁊ filijs ad ſctm̄ iacobū ibat. Tū volēs mortalitatē q̄ erat in francia fugere: tū ſctm̄ iacobū cupiēs viſitare. Qui cū ad vrbē papilonē veniſſet vxor eius ibidem obijt ⁊ hoſpes totā illius pecuniā ſibi cū iumēto quo vehebātur pueri vſurpauit. Ille aūt deſolatꝰ incedēs pueros quoſdā in humeris portauit quoſdā ad manum trahebat. Cui vir cū aſino cōpaſſione cōmotus occurrens ſibi aſinum cōmodauit vt ſup illuz pueri veheret. Qui cū ad ſanctū iacobū ꝑueniſſet: eidez vigilanti ⁊ oranti ſctūs iacobꝰ apparuit: ⁊ an ſe cognoſceret requiſiuit. Cui negāti ait. Ego ſum iacobus apl's q̄ tibi meū aſinum accōmodaui ⁊ iterū accōmodo reuertenti. Sed ſcito p̄noſcens ꝙ hoſpes tuus de ſolario corruēs morietur: ⁊ oīa q̄ tibi abſtulerat rehabebis. Que cū oīa cōtigiſſent ille domū letꝰ redijt ⁊ pueris de aſino depoſitis aſinꝰ ſtatim diſparuit. Quidā mercator a quodā tyrāno iniuſte ſpoliatus in cuſtodia tenebat: q̄ deuote ſctm̄ iacobū in ſui auxiliū inuocabat. Cui ſctūs iacobꝰ vigilātibꝰ cuſtodibꝰ apparuit ⁊ vſq; ad turris ſūmitatē ip̄m ꝑduxit. Statimq; turris adeo ſe inclinauit ꝙ ipſiꝰ ſummitas terre equalis fuit de qua ſine ſaltu deſcēdēs ſolutus receſſit. Quē cuſtodes inſequētes licet iuxta eū ꝑgerent tn̄ ip̄m videre nō poterāt. Dum tres milites vt ait vbertus biſontinus lugdunēſis dioceſis ad ſctm̄ iacobū pergerent vnus eoꝝ a quadā muliercula rogatus ſacculū ipſius amore ſancti iacobi ſup equum ſuū portabat: deinde quendā infirmū in via deficiētē inueniens ip̄m ſup equum poſuit ⁊ infirmi burdonē cū ſacculo mulieris accipiēs equum pariter ſequebat: ſ; feruore ſolis ⁊ labore itineris fractꝰ cū gallitiā aduenit: ſet infirmitate grauiſſima laborauit. Cūq; a ſocijs de ſalute aīe rogaret: ille tribꝰ diebus extitit mutus ſed quarto die ſocijs eius mortē expectantibꝰ grauiter ſuſpirans ait. Gratias deo ⁊ ſctō iacobo q2 eius ſum meritis liberatꝰ. Cum em̄ qḋ monebatis facere vellē: demones ad me venerūt me tā grauiter cōſtringētes vt nihil qḋ ad ſalutē aīe pertineret aliquatenus loq̄ poſſem. Vos quippe audiebā: ſed prorſus rn̄dere non poterā. Nunc autē ſanctꝰ iacobus huc intrauit ferens in ſiniſtra manu ſacculū mulieris: ⁊ dextera baculū pauperis quos in via adiuuerā: ita vt burdonē ꝓ lancea ⁊ ſacculū ꝓ ſcuto haberet: ⁊ demones quaſi iratꝰ aggrediens eleuato baculo terruit ⁊ in fugā cōuertit. Nunc ergo ecce beati iacobi gr̄a me liberauit ⁊ loquelā reſtituit. Vocate ergo ſacerdotē ad me: q2 diu in hac vita eſſe nō poſſuz. Et ꝯuerſus vnū eoꝝ dixit: amice noli amodo dn̄o tuo militare q2 veraciter eſt damnatus ⁊ mala morte in ꝓximo moriturus: ſepulto aūt ſocio cum ille dn̄o ſuo hoc dixiſſet ille ꝓ nihilo hoc ducēs ⁊ ſe emendare cōtēnēs poſt modicū lancea in bello cōfoſſus interijt. H. ¶ Cū cuidā viro de vizilaco vt ait calixtus papa ad ſctm̄ iacobū properanti pecunia defeciſſet ⁊ ille mendicare erubeſceret: ſub quadā arbore requieſcens ſomniabat ꝙ ſanctus iacobus eum paſcebat: cui vigilās igit ſubcinericiū panē ad caput reperit de quo .xv. diebus vixit quouſq; ad ꝓpria remeauit. Singulis enim diebus ſufficienter bis de eo comedēs: ſequēti die ip̄z in ſacculo integrum inueniebat. Refert calixtus papa ꝙ ciuis q̄dā barchinone vrbis circa annum dn̄i .M.c. ad ſctm̄ iaco. veniēs hoc ſolū poſtulaſſe dicit: ne deinceps ab aliq̄bus hoſtibus caperet. Rediens igit ꝑ ſiciliā in mari a ſaracenis captꝰ ⁊ pluries ab eis ꝑ nundinas vendit: ſed tn̄ ſemꝑ cathene q̄bus ligatus fuerat ſoluebant. Cū aūt iā .xiij. vicibus venditꝰ fuiſſet ⁊ duplicibꝰ cathenis aſtrictus eſſet ⁊ ille beatū iaco. inuocaret: ſctūs iaco. eidē appuit dicēs. Qm̄ in eccl'ia mea cōſiſtens poſtpoſita ſalute aīe: liberationez tm̄ corporis poſtulaſti: ideo in hec pericula incidiſti: ſed q2 dn̄s miſericors eſt: miſit me vt te redimam. Statimq; ruptis cathenis per terras ⁊ caſtella ſaracenorum partē quādā cathene in teſtimoniū huiꝰ miraculi ferens ad

terrã ſuã cũctis vidẽtibꝰ ⁊ ſtupẽtibꝰ reduxit. Cũ eñ aliq̄s eũ capere volebat viſa cathena territꝰ ꝓtinꝰ fugiebat. Sed cũ leones aliæq; fere in eũ ꝑ deſerta gradientẽ vellẽt inſurgere: mox viſa cathena ↄcutiebant terrore nimio ⁊ ĩ fugã ꝓtinꝰ vertebãt. Anno dñi. ccxxxviij. in vigilia ſcti iaco. ĩ quodã caſtro qḋ dr̃ pratũ iter florẽtiã ⁊ piſtoriũ ſito: iuuenis q̄dã ruſtica quadã ſimplicitate deceptꝰ in ſegetes tutoris ſui ignẽ appoſuit: eo ꝙ hereditatẽ ſuã ſibi vſurpare volebat. Tẽtꝰ igit ⁊ cõfeſſus ad caudã equi trahẽdus incẽdio adiudicatꝰ eſt q̄ pctĩ cõfitẽs ⁊ ſctõ iacobo ſe deuouẽs cũ ſup terram petroſaʒ in ſola camiſia diutiꝰ tractus fuiſſet, nec in corpore nec in camiſia ſenſit aliquã leſionẽ. Tãdẽ ad palũ ligatur: ligna vndecũq; cõgerunt igne ſuppoſito ligna ⁊ vincula cõbuſſerunt: ſʒ ipſo ſemꝑ beatũ iacobũ inuocãte: nec in camiſia nec in corpe aliqua leſio reperitur. Quẽ dũ in ignẽ vellent iterato mittere: a pplo eripitur ⁊ deꝰ in apoſtolo ſuo magnifice collaudatur.

¶ De ſancto Chriſtoforo. xcv. A.

Chriſtoforus ante baptiſmũ dicebat reprobꝰ ſed poſtmodum chriſtoferus dictus eſt quaſi xp̄m ferẽs: eo. ſ. ꝙ xp̄m quatuor modis portauit. ſ. in humeris ꝑ traductiõeʒ: in corpore per macerationẽ: in mente ꝑ deuotionẽ: in ore per confeſſionem ſiue predicationem. B



Chriſtoforus gñe chananeꝰ ꝓceriſſime ſtature vultuq; terribili erat: et xij. cubitos ĩ lõgitudine poſſidebat. Qui vt in quibuſdã geſtis ſuis legit cũ ſtaret cũ quodã rege chananeorũ venit ſibi in mentẽ vt maiorem principẽ qui in mundo eſſet quereret ⁊ ad eũdẽ ſecũ moraturus accederet: venit igit ad quẽdã maximũ regẽ de quo gñalis fama habebat ꝙ maiorẽ mũdꝰ principẽ nõ hrẽt. Quẽ rex vidẽs libẽter recepit ⁊ ĩ ſua curia manere fecit: quadã aũt vice ioculator q̄dã cãtionẽ corã rege cãtabat ĩ qua frequẽter diabolũ noĩabat. Rex aũt cũ fidẽ xp̄i hẽret q̄ñcũq; diabolũ noĩari audiebat ꝓtinus in faciẽ ſuã crucis ſignaculũ imprimebat: qḋ vidẽs xp̄ofor ꝰ plurimũ admirabat cur hoc rex ageret: ⁊ q̄d nã hmõi ſignũ ſibi vellet. Cũ aũt de hac re regẽ iterrogaret ⁊ ille hoc ſibi manifeſtare nollet: reſpõdit xp̄oforꝰ: niſi hoc mihi dixeris tecũ vlteriꝰ nõ manebo. Quapropter coactꝰ rex dicit ei: q̄ñcũq; diabolũ nominari audio: hoc ſigno me munio timẽs ne me in ptãtẽ accipiat mihiq; noceat. Cui xp̄ofo. dixit: ſi diabolũ ne tibi noceat metuis ergo ille maior ⁊ potẽtior te eſſe ↄuincit quẽ intm̃ formidare ꝓbaris. Fruſtratꝰ igit ſuʒ ſpe mea putãs ꝙ maiorẽ ⁊ potẽtiorẽ mũdi dñm inueniſſem: ſed iã nũc valeas q2 ipm̃ diabolũ q̄rere volo vt ipm̃ mihi in dñm aſſumã ⁊ eius ſerꝰ efficiar: diſceſſit igit ab illo rege ⁊ diabolũ q̄rere ꝓperabat. Cũ aũt per quãdã ſolitudinẽ ꝑgeret vidit magnã multitudinẽ militũ quoꝝ q̄dã miles ferus ⁊ terribilis veniebat ad eũ ⁊ quonã ꝑgeret req̄ſiuit. Cui xp̄oforus rñdit. Uado q̄rere dñm diabolũ vt ipm̃ in dñm mihi aſſumã. cui ille. ego ſum ille quẽ q̄ris. Gauiſus xp̄oforꝰ ſe ſibi in ſeruũ ꝑpetuũ obligauit ⁊ ipm̃ ꝓ dño accepit. Cuʒ q̄ ambo ꝑgerẽt ⁊ in quadã via cõi crucẽ erectã inueniſſent: mox vt diabolus ipſaʒ crucẽ vidit territꝰ fugit: ⁊ viã deſerẽs ꝑ aſperã ſolitudinẽ xp̄oforũ duxit et poſtmodũ ipm̃ ad viã reduxit. Qḋ vidẽs xp̄oforus ⁊ admirãs interrogauit illũ cur intm̃ timẽs viã planã reliq̄ rit ⁊ intm̃ deuitãs ꝑ tã aſperã ſolitudinẽ iuerit: qḋ cũ ille nullatenꝰ ſibi indicare vellet: dixit xp̄oforꝰ. Niſi mihi hoc idicaueris ſtatĩ a te diſcedã: quapropter cõpulſus diabolꝰ dixit ei: q̄dã hõ q̄ dr̃ xp̄s in cruce fixꝰ fuit: cuiꝰ crucis ſignũ cũ video plurimũ ꝑtimeſco ⁊ territꝰ fugio. Cui xp̄ofo. Ergo ille xp̄s maior ⁊ potẽtior te ẽ cuiꝰ crucis ſignũ intm̃ formidas. In vacuũ igit laboraui nec adhuc maiorẽ mũdi pñcipẽ inueni. Iã nũc valeas: q2 te volo deſerere ⁊ ipſʒ xp̄ʒ inq̄rere. C. ¶ Cũ igit diu q̄ſiſſet q̄ ſibi xp̄i notitiã indicaret tãdẽ ad quẽdã eremitã deuenit q̄ ſibi xp̄m p̄dicauit: ⁊ in eiꝰ fide ipm̃ diligẽter inſtruxit. Dixitq; eremita xp̄oforo. Rex iſte cui ſeruire deſideras iſtud req̄rit obſequiũ q2 te freq̄nter ieiunare oportebit. Cui xp̄oforus. Aliḋ a me req̄rat obſequiũ: q2 iſtã rẽ nequaq̄ agere valeo. Rurſus eremita: multas q̄ʒ orõnes te ſibi facere oportebit. Cui xp̄oforus. Neſcio quid ſit hoc: nec hmõi obſequiũ ꝑficere poſſum. Cui eremita. Noſti talẽ fluuiũ in quo multi trãſeuntes periclitant ⁊ pereunt. Cui xp̄oforꝰ. Noui. Et ille. Cũ ꝓcere ſtature ſis ⁊ fortis viribꝰ ſi iuxta fluuiũ illũ reſideres ⁊ cunctos traduceres regi xp̄o cui ſeruire deſideras plurimũ gratũ eſſet ⁊ ſpero ꝙ ibidẽ ſe tibi manifeſtaret. Cui xp̄oforꝰ. Utiq; iſtud obſequiũ agere valeo: ⁊ me ſibi in hoc ſeruiturũ ꝓmitto. Ad p̄dictũ igit fluuiũ acceſſit: ibidẽ ſibi habitaculũ fabricauit: portãſq; loco baculi quãdã perticã in manibꝰ qua ſe in aqua ſuſtentabat: ⁊ oẽs ſine ceſſatione trãſferebat. Euolutis multis diebꝰ cũ ĩ domũcula ſua q̄eſceret: audiuit vocẽ cuiuſdã pueri ſe vocãtis ⁊ dicẽtis. Xp̄ofore veni foras et me ipm̃ traducas: cõcitus xp̄oforꝰ exijt ſʒ neminẽ reperit. Rediẽſq; ĩ domũculã ſuã predictã iterũ vocẽ ſe acclamãtis audiuit: Qui rurſus foras cucurrit ſed neminẽ inuenit. Tertia vice ab eodẽ vt priꝰ vocatꝰ exijt: ⁊ puerũ quẽdã iuxta ripã fluminis inuenit: q̄ xp̄oforũ vt ſe traduceret obnixe rogauit: xp̄oforꝰ igit puerum ſibi in humeris eleuãs ⁊ baculũ ſuũ accipiẽs flumẽ tranſiturꝰ intrauit. Et ecce aqua fluminis paulatim intumeſcebat et puer inſtar plũbi grauiſſime põderabat quãtoq; magis ꝓcedebat tanto ampliꝰ vnda creſcebat ⁊ puer magis ac magis xp̄ofori humeros põdere ĩtolerabili deprimebat adeo vt xp̄oforus ĩ anguſtia multa poſitꝰ eẽt ⁊ ſe periclitari formidaret. Sed cũ vix euaſiſſet ⁊ fluuiũ trãſiret aſſet puerũ in ripa depoſuit eiq; dixit. In magno periculo puer me poſuiſti: ⁊ adeo põderaſti ꝙ ſi totũ mundũ ſup me habuiſſem vix maiora põdera ꝑſenſiſſeʒ. Ad quẽ puer rñdit. Ne mireris xp̄ofore: q2 non ſolũ ſup te totũ mundũ habuiſti: ſʒ ⁊ etiã illũ q̄ creauit mũdũ tuis humeris baiulaſti. Ego eñ ſuʒ xp̄s rex tuus cui in hoc ope ipſe deſeruis: ⁊ vt me verũ dicere cõprobes cũ ꝑtranſieris baculũ tuũ iuxta domũculã tuã ĩ terra fige ⁊ mane ipm̃ floruiſſe ⁊ fructificaſſe videbis: ſtatimq; ab oculis eiꝰ euanuit. Ueniẽs igit xp̄oforus cum baculũ ſuũ in terrã fixiſſet mane ſurgẽs inuenit ipſʒ ad modũ palme frõdes ⁊ dactilos ꝓtuliſſe. Poſt hoc aũt ſamũ ciuitatẽ licie venit vbi dũ eoꝝ linguã nõ intelligeret orauit dñʒ vt illiꝰ lingue ſibi cõcederet intellectũ. Dũ aũt in prece ↄſiſteret iudices eũ inſanũ putãtes reliquerũt. Aſſecutus xp̄oforus qḋ petebat vultũ operiens ad loca certaminis venit ⁊ xp̄ianos q̄ torq̄bant in dño cõfortabat. Tũc vnus ex iudicibꝰ in facie eũ ꝑcuſſit. Cui xp̄oforus vultũ diſcooperiens dicit. Niſi xp̄ianꝰ eſſem meã ꝓtinus iniuriã vindicaſſeʒ. Tũc xp̄oforus virgã ſuã in terrã fixit: ⁊ vt ꝓpter cõuerſionẽ ppl̄i frõderet dñm exorauit. Qḋ dum ꝓtinꝰ factũ fuiſſet octo milia hoĩʒ crediderũt. Rex aũt. cc. milites q̄ eũ ad ſe adducerent miſit. Et cũ eũ orãtẽ inueniſſent ⁊ ſibi hoc intimare timerẽt: iterũ totidẽ miſit. Qui ⁊ ipſi cũ eo orãte ꝓtinus orauerunt. Surgẽs xp̄oforus dixit eis. Quid q̄ritis. Qui eiꝰ vultũ videntes dixerũt. Rex miſit nos vt te ad ipm̃ vin

ctū ducam⁹. Quib⁹ xpoforus. Si ego voluero nec ſolut⁹ nec ligatus a vobis duci potero. Dicūt ei. Si ḡ nō vis vade liber quo volueris: ⁊ nos regi dicem⁹ ꝙ te neq̄q̄ inuenim⁹. Nō ita inq̄t ſ3 ego vobiſcū vadā. Ipſe aute eos ad fidē ꝯuertit ⁊ ab eis man⁹ ſibi tergo ligari fecit et ſe regi vinctū pñtari. Quē rex vidēs territ⁹. ē: ⁊ de ſede ſua ꝓtin⁹ corruit. Deinde a ſeruis ſuis leuatus de noīe ſuo et pñtia eū interrogauit. Cui xpoforus. Ante baptiſmū reprob⁹ dicebar: nūc aūt xpofor⁹ vocor. Cui rex. Stultū tibi nomē tuū impoſuiſti. ſ. xp̄i crucifixi q̄ nec ſibi ꝓfuit nec tibi ꝓdeſſe poterit. Nunc ḡ chananee maleſice quare nō ſacrificas dijs nr̄is. Cui xpoforus. Recte vocaris dagn⁹ q2 tu es mors mundi ſocius diaboli. Dij aūt tui ſunt opa manuū hoīm: cui rex īter feras nutrit⁹ es ⁊ tu nō potes niſi opa feralia ⁊ hoīb⁹ incognita loq̄. Nūc ergo ſi ſacrificaueris magnos honores a me ꝯſeq̄ris: ſin aūt ſupplicijs ꝯſumeris. Nolētem ḡ ſacrificare ī carcerē mitti iuſſit: ac illos milites qui ad xpoforū miſſi fuerāt ꝓ xp̄i noīe decollari fecit. Deinde duas formoſas puellas quarū vna dicebat nicea ⁊ altera aq̄lina ſecū in carcere recludi fecit ꝓmittēs eis multa munera ſi eū ad peccādū ſecū allicerēt. Qð vidēs xpofor⁹ ꝓtin⁹ in orōnē ſe dedit. S3 cū a puellis plauſu manuū ⁊ amplexibus vrgeret ſurrexit ⁊ ait illis q̄d q̄ritis ⁊ ob quā cām huc introducte eſtis? At ille: claritate vult⁹ ei⁹ ꝑterrite dixerūt. Miſerere nr̄i ſancte dei: vt in deū quē ꝑdicas credere valeam⁹. Qð audiēs rex eas ad ſe duci fecit dicēs. Ergo ⁊ vos ſeducte eſtis ꝑ deos iuro: q2 niſi dijs ſacrificaueritis mala morte ꝑibitis. Que r̄nderūt. Si vis vt ſacrificem⁹ iube plateas mūdari ⁊ oēs ad tēplū ꝯgregari. Quo fcō cū ille introiſſent tēplū ſoluētes cingulū ſuū poſuerūt in colla deoꝝ ⁊ ad terrā trahētes in puluerē ꝯfregerunt: dixerūtq3 aſtātib⁹. Ite ⁊ vocate medicos vt curēt deos veſtros: tūc iuſſu regis aq̄lina ſuſpendit̄ ⁊ ligato ad ei⁹ pedes ingēti ſaxo mēbra ei⁹ oīa dirūpunt̄: que cū migraſſet ad dn̄m ſoror ei⁹ nicea in igne proijcit̄: ſed inde illeſa exiēs ꝓtin⁹ decollat̄. Poſt hoc xpoforus regi p̄ſentat̄: q̄ iuſſit eū v̄gis ferreis cedi ⁊ caſſidē ferream ⁊ igneā in caput ei⁹ poni. Deinde ſcānū ferreū fieri fecit ⁊ xpoforū ibidē ligari ⁊ ignē iniecta pice ſuccēdi. Sed inſtar cere ſcannū cōfringit̄ ⁊ xpofor⁹ illeſus egredit̄. Deinde iuſſit eū ad ſtipitē ligari ⁊ a. cccc. militibus ſagittari. Sagitte aūt oēs in aere ſuſpēdebant̄: nec ipm aliqua ꝯtingere potuit. Rex aūt putans ipm a militibus ſagittatū eū eidē inſultaret ſubito vna de ſagittis ab aere veniens ⁊ retro ſe vertēs regē in oculo ꝑcuſſit ⁊ ipm ꝓtinus excecauit. Cui xpoforus. Craſtina die cōſumēdus ſum: tu igit̄ tyrāne lutū de ſanguine meo facies: ⁊ oculū inunges ⁊ ſanitatē recipies. Tūc iuſſu regis ad decollādū ducit̄: ⁊ ibi fuſa orōne decollat̄. Rex aūt modicū de ſanguine eius accipiēs ⁊ ſuꝑ oculū ſuū ponēs ait in noīe dei ⁊ ſcti xpofori ⁊ cōtinuo ſan⁹ effectus eſt. Tūc rex credidit dans p̄ceptū vt ſi quis deū et ſanctū xpoforū blaſphemaret ꝯtinuo gladio ferīretur. Ambr. aūt in p̄fa. ſic ait de hoc martyre Xpoforo tāte v̄tutis cumulū ⁊ doctrine grām dn̄e cōtuliſti vt. xlviij. milia hoīm de gētilitatis errore ad xpiani dogmatis cultum coruſcātibus miraculis reuocauit. Quiq3 niceam ⁊ aq̄linā publico lupanari longo tpe ſub meretricia ſorde famulātes ad caſtitatis habitū ꝓuocauit: eaſdēq3 coronā ꝑcipere edocuit: ꝓpterea inter igneū rogum ferreo ſcāno ꝯſtrict⁹ nimiū calorē non timuit: atq3 per diē integrum omniū militū ſagittis trāſfigi nō potuit. Ceterū vna ex his carnificis oculū colliſit: cui tamen beati martyris cruor mixtus cum terra lumen reſtituit ⁊ corporis cecitatem tollendo illuminauit ⁊ mentē. Nam et apud te veniā impetrauit atq3 vt morbos et infirmitates repellat ſuppliciter obtinuit.

De ſeptem dormientibus. xcvj. A.



Septē dormiētes ī ciuitate epheſi orti ſunt. Decius aūt impator pſequens xpianos cu3 veniſſet epheſum iuſſit edificari tēpla in medio ciuitatis vt oēs cū eos miſcerent̄ ſacrificijs idoloꝝ. Cū ergo oēs xpianos inquiri iuſſiſſet et vinctos aut ſacrificare aut mori cōpelleret tantus penarū terror cūctis inerat ꝙ amicus amicū ⁊ filiū pater: ⁊ patrē fili⁹ abnegabat. Nūc in illa vrbe inuēti ſunt xpiani ſeptē maximianus / malchus / martian⁹ / dionyſius / ioānes / ſerapion ⁊ ꝯſtātinus. Qui hoc vidētes nimis dolebant. Et cū eſſent primi palatij ſacrificia idoloꝝ ſpernētes ī domo ſua ſe celabant ⁊ ieiunijs ⁊ orōnibus vacabant. Accuſati igit̄ ante deciū ſtatuunt̄ ⁊ cōprobati veraciter xpiani dato eis reſipiſcendi ſpatio vſq3 ad reditum decij dimittuntur. At illi p̄rimoniū ſuū interim inter pauperes expendentes inito ꝯſilio in mōtē celion ſeceſſerūt: ⁊ ibi eſſe ſecret⁹ decreuerūt. Diu ergo ſic latentes vn⁹ eoꝝ ſemꝑ miniſtrabat: ⁊ quoties intrabat vrbē figura ſe mēdici ⁊ habitu veſtiebat. Cū ergo decius in vrbem rediſſet: ⁊ eos ad ſacrificādū perquiri iuſſiſſet: malchus miniſter coꝝ territ⁹ ad ſocios redijt ⁊ eis furorē imperatoris īdicauit. Qui cū grauiter terrerent̄: malchus allatos panes eis appoſuit ⁊ vt cibo ꝯfortati fortiores ad p̄liū redderent̄. Poſtq̄ aūt cenabāt ſedētes ⁊ colloquētes ī luctu ⁊ lachrymis ſubito ſicut de⁹ voluit dormierūt. Mane facto cū queſiti fuiſſent ⁊ inueniri nō poſſent ⁊ deci⁹ doleret ꝙ tales iuuenes ꝑdidiſſet: accuſati ſunt ꝙ hucuſq3 in mōte celion latuiſſent ⁊ ſua xpianis pauperib⁹ erogātes in ſuo ꝓpoſito ꝑmanerēt. Juſſit ergo deci⁹ vt parētes eoꝝ adeſſent: ⁊ comminatus eſt eis mortē niſi de eis dicerēt q̄cq̄d ſcirent. Illi aūt eos ſilr̄ accuſauerūt ⁊ diuitias ſuas pauperib⁹ expēdiſſe cōqueſti ſunt. Tūc cogitās q̄d de eis faceret nutu dei iuſſit os ſpelūce lapidibus obſtrui vt ibi morerent̄ fame ⁊ inopia circūcluſi. Qð miniſtri q̄dē fecerūt. Et duo xpiani theodorus et rufin⁹ coꝝ martyriū deſcribētes caute inter lapides poſuerūt. Mortuo igit̄ decio et tota illa gnātione poſt annos. ccclxxij. anno xxx. imperij theodoſij pullulauit hereſis eoꝝ q̄ negabāt reſurrectionē mortuoꝝ. Vn̄ cōtriſtat⁹ theodoſius xpianiſſimus impator q2 fidē tā impie agitari videbat indut⁹ cilicio ſedens in interiori loco ꝑ ſingulos dies flebat. Qð vidēs miſericors deus cōſolari lugentes ⁊ cōfirmare ſpē de reſurrectiōe voluit mortuoꝝ et theſaurū ſue pietatis aperiēs ita p̄dictos martyres ſuſcitauit. Miſit ſiquidē in cor cuiuſdā ciuis epheſi vt ī illo mōte edificaret ſtabula paſtorib⁹ ſuis. Cemētarijs ſpeluncā aperiētib⁹ ſurrexerūt ſcti ⁊ ſemiuicē ſalutātes putabāt ſe tm̄ vna nocte dormiſſe ⁊ heſternā triſtitiā recordātes īterrogauerūt malchū q̄ eis miſtrauerat: q̄d de eis decius decreuiſſet. At ille r̄ndit: ſicut dixi in ſero q̄ſiti ſum⁹ vt idolis īmolarem⁹. Ecce q̄d de nobis cogitat imperator. Rn̄dit maximian⁹. Et deus ſcit ꝙ nō ſacrificabimus. Cumq3 ſocios confortaſſet iuſſit malcho vt empturus panes ad vrbē deſcenderet ⁊ plures q̄ heri afferēs panes q̄d iuſſit impator rediēs nūciaret. Tollens ergo malchus q̄nq3 ſolidos de ſpelūca exijt: ⁊ vidēs lapides miratus eſt. Sed aliud cogitans parū de lapidib⁹ cogitauit. Veniēs igit̄ timidus ad portā vrbis

valde miratus eſt vidēs ſuppoſitū ſignū crucis. Unde pergēs ad alterā portā dū idē ſignū inuenit vltra modū miratus eſt. Uidēs oēs portas ſigno crucis appoſito ⁊ mutatā ciuitatē ſignāſq; ſe ad primā portā redijt exiſtimās ſe ſomniare. Uñ ſe ↄfirmās et vultū operiens vrbē ingredit̄: ⁊ veniēs ad vēditores panum audiuit hoīes loquētes de xp̄o: ⁊ ampliꝰ ſtupefactꝰ ait. Quid eſt iſt ꝙ heri nemo xp̄m audebat noīare: ⁊ nunc oēs xp̄m ↄfitent̄. Puto ꝙ hic nō eſt epheſorꝫ ciuitas: q2 aliter edificata eſt: ſ3 aliā ciuitatē neſcio talē. Et cū interrogās audiſſet hāc eſſe epheſū errare veraciter ſe putauit ⁊ redire ad ſocios cogitauit: acceſſit tñ ad eos q̄ panē vēdebāt. Et cū argēteos protuliſſet mirati vēditores dicebāt adiuicē ꝙ iſte iuuenis ātiquū theſaurꝫ īueniſſet. Malchꝰ xo eos adinuicē loquētes vidēs putabat ꝙ vellēt eū trahere ad imperatorē: ⁊ territus rogauit eos vt ſe dimitterent ⁊ panes et argenteos retinerēt. At illi tenentes eū dixerūt ei. Uñ es tu: q2 theſauros antiquorꝫ imperatorū inueniſti indica nobis et erimus ſocij tecū: ⁊ celabimꝰ te: q2 aliter celari nō potes. Malchus xo nō īueniebat qd diceret illis pre timore. Illi vero vidētes eū tacentē miſſo fune in collo eiꝰ trahebāt per vicos vſq; in mediū ciuitatis. Et exijt rumor ad oēs ꝙ quidā iuuenis theſauros inueniſſet. Cōgregatis ergo ad eū vniuerſis ⁊ eū mirātibꝰ volebat eis ſatiſfacere ꝙ nihil īuenerat. Et circūſpiciēs oēs a nemine cognoſci poterat: ⁊ ꝓſpiciēs in pplm volebat cognoſcere aliquē de ↄſanguineis ſuis quos veraciter viuere putabat: et nullū inueniēs ſtabat quaſi inſanus in medio populi ciuitatis. Qd̄ cū audiſſet ſctūs martinꝰ ep̄s ⁊ antipater procōſul qui nuper in vrbē aduenerat mādauerūt ciuibus vt eū caute adducerēt ⁊ argēteos eius. Cūq; a miniſtris traheret̄ ad eccleſiā putabat ꝙ duceret̄ ad imꝑatorē. Ep̄s igit̄ ⁊ ꝓcōſul mirātes argēteos interrogauerūt eū vbi theſaurū incognitū inueniſſet. At ille r̄ndit ſe nihil penitꝰ inueniſſe: ſ3 de ſacculo parētū ſuorꝫ eoſdē denarios habuiſſe. Et interrogatus cuiꝰ ciuitatis eēt r̄ndit. Bñ ſcio ꝙ huiꝰ ciuitatis ſum: ſi tñ hec eſt ciuitas epheſorꝫ. Procōſul dr̄. Fac venire parētes tuos vt teſtent̄ ꝓ te. Quos cū nolaſſet et nullus eos cognoſceret dicebāt eū ſe fingere vt aliquo modo euaderet. Et ait ꝓcōſul. Quō credimꝰ tibi ꝙ hoc argentū parētū tuorū fuerit cū ſcriptura eius habeat pluſq̄ trecētos ſeptuagintaſeptē annos: ⁊ ſit primorū dierū Decij imꝑatoris ⁊ in nullo ſimiles ſint argēteis noſtris. Et quō parētes tui añ tm̄ tp̄s fuerūt: ⁊ tu xo iuuenis vis decipere ſapiētes ⁊ ſenes epheſi. Idcirco iubebo te legibꝰ tradi donec ↄfitearis qd inueniſti. Tūc ꝓcidens malchus āte eos dixit. Pro deo dñi dicite mihi qd̄ vos interrogo ⁊ ego dicam vobis qd̄ eſt in corde meo. Deciꝰ imꝑator q̄ fuit in hac ciuitate vbi nūc eſt. Ep̄s dixit. Fili nō eſt hodie in terra q̄ deciꝰ noiet̄: imꝑator aūt fuit añ lōgū tp̄s. Malchꝰ aūt dixit. In hoc dñe ita ſtupeo: ⁊ nemo credit mihi: ſ3 ſeqmini me: ⁊ oſtē dā vobis ſocios meos q̄ ſunt in mōte celion: ⁊ ipſis credite. Hoc eīm ſcio ꝙ a facie Decij imꝑatoris nos fugimus: ⁊ ego ſero vidi ꝙ īgreſſus ē deciꝰ in hāc vrbē: ſi tñ hec eſt ciuitas epheſi. Tūc ep̄s cogitās ī ſemetipſo dixit ꝓcōſuli. Q2 viſio eſt quā deꝰ vult oſtēdere in iuuene iſto. Perrexerūt ergo cū eo ⁊ ciuitatis plurima multitudo. Et ingreſſus eſt primo malchꝰ ad ſocios ſuos: et poſt eū ep̄s ingrediēs inuenit inter lapides lr̄as ſigillatas duobus ſigillis argēteis: ⁊ cōuocato pplo legit eas ⁊ audiētibꝰ ⁊ admirātibꝰ cunctis. Et vidētes ſanctos dei ſedentes in ſpelunca: ⁊ facies eorꝫ tanq̄ roſas florentes: procidētes glorificauerūt deum. Statimq; ep̄s ⁊ ꝓcōſul miſerūt ad theodoſiū imꝑatorē rogātes vt citto veniret: ⁊ miracula dei nuꝑ eñſa videret. Qui ꝓtinꝰ ſurgēs de humo ⁊ de ſacco ī q̄ lugebat glorificās deū venit a ↄſtātinopoli epheſum. Et obuiātibꝰ ei cūctis aſcenderūt ſil' oēs ad ſpelūcā. Et mox vt ſcī vīderūt imꝑatorē reſplenduerūt: ⁊ facies eorū ſicut ſol. Et ingreſſus īꝑator ꝓcidit añ eos glorificās deū. Et ſurgēs amplexatꝰ eſt eos ⁊ ſuꝑ ſingulos fleuit dicēs. Sic video vos tanq̄ ſi viderē dñm reſuſcitātē lazarū. Tūc dixit ſctūs maximianus ad eū crede nobis ꝙ ꝓpter te reſuſcitauit nos deꝰ ante diē magne reſurrectiōis vt credas indubitanter ꝙ reſurrectio mortuorū eſt. Uere eīm reſurreximꝰ vt viuimus. Et ſicut infans eſt in vtero mr̄is nō ſentiēs leſionē ⁊ viuit: ſic fuimus viuētes iacētes ⁊ dormiētes ⁊ nō ſentiētes. Et his dictis vidētibꝰ cūctis inclinātes capita ſua in terrā obdormierūt et tradiderūt ſpūs ſuos ſm̄ dei imperiū. Surgēs autē imꝑator cecidit ſuꝑ eos flens ⁊ deoſculās eos. Et cum iuſſiſſet fieri loculos aureos in qbꝰ mitterent̄ i ipā nocte apparuerūt imꝑatori dicētes vt ſicut hactenꝰ ī terra iacuerūt et ex terra reſurrexerūt: ita eos dimitteret donec dñs iterꝫ eos reſuſcitaret. Iuſſit ḡ imꝑator locū illū inauratis lapidibus adornari: ⁊ oēs ep̄os reſurrectionē ↄfidētes abſoluit. Qd̄. ccclxxij. ānis dormiſſe dicunt̄: dubiū eſſe pōt: q2 anno dñi. cccexlviij. ſurrexerūt Decius aūt regnauit vno tm̄ anno ⁊ tribꝰ mēſibꝰ. ſ. anno dñi. cclij. ⁊ ita nō dormierūt niſi. cxcvj. annis.

De ſctis Nazario ⁊ Celſo. xcvij. B.

Nazarius dr̄ quaſi nazareꝰ qd̄ interꝑtat̄ ↄſecratꝰ vel mūdus vel ſeparatus vel floridꝰ aut cuſtodiēs. In hoīe requirunt̄ hec quinq;. ſ. cogitatio/ affectio/ intētio/ actio ⁊ locutio. Cogitatio aūt d3 eſſe ſctā: affectio mūda: itētio recta: actio iuſta: ⁊ locutio moderata. Hec oīa fuerūt in btō nazario. Habuit eīm cogitationē ſanctā: ⁊ inde dr̄ ↄſecratꝰ. Affectionē mūdā: ⁊ inde dr̄ mūdus. Intentionē rectā: et inde dr̄ ſeparatus. Intētio eīm eſt q̄ ſeparat opa q2 ex oculo ſimplici corpꝰ lucidū: ex oculo neq̄ corpꝰ i tenebroſum creat̄. Actionē iuſtā et inde dr̄ floridꝰ: q2 iuſtꝰ florebit ſicut liliū. Locutionē moderatā: ⁊ inde dr̄ cuſtodiēs q2 cuſtodiuit vias ſuas vt nō delinqret in lingua ſua. Celſus quaſi excelſus q2 ſe ſupra ſe extulit dū etatē puerilē virtute animi ſuperauit. Horꝫ vitā paſſionē ambroſius in libro geruaſij ⁊ prothaſij repperiſſe dr̄ in quibuſdā aūt libris legit̄ ꝙ quidā ph̄s nazario deuotus eius paſſionē ↄſcripſit quā ceratius qui ſanctorum corpora ſepelierat ad caput ipſorum poſuit.



Nazarius filiꝰ illuſtriſſimi viri noīe aphricani ſed iudei beate perpetue xp̄ianiſſime ⁊ romanorū nobiliſſime ⁊ a btō petro ap̄lo baptizate cū haberet nouē annos plurimū mirabat̄ vidēs patrē ſuū ⁊ matrē in obſeruatione religionis tā diſſimiliter variari ⁊ ꝙ mater ſua legē baptiſmi: pater xo ſuus legē ſabbati ſeqretur. Uñ cui magis adherere deberet plurimū dubitabat cū vterq; ad fidē ſuā eum attrahere niteretur. Tandē nutu dei veſtigijs matris adheſit ⁊ a btō lino papa ſacrū baptiſma ſuſcepit. Qd̄ pater intelligēs cepit ipm̄ a ſctō propoſito auertere ⁊ tormentorū genera q̄ xp̄ianis infert̄ per ordinē explicare. Qd̄ aūt dr̄ eū a lino papa baptizatum forte intelligit̄: non qui tunc papa erat ſed qui futurus erat. Nazarius eīm poſt baptiſmū ſicut infra pz: ānis multis ſuperuixit: qui tñ a Nerone martyriū pertulit qui

petrū anno vltimo ſui imperij crucifixit. Linus autē poſt mortē petri papa fuit. Cū aūt patri nullatenus aſſentiret ſed potius xp̄m cōſtātiſſime predicaret ad preces parētū qui ne occideretur timebāt de vrbe roma exijt: ꝛ ſeptē ſaumarios de parētū diuitijs oneratos accipiens: per ciuitates italie venit ꝛ oīa paupib⁹ erogauit. Decimo aūt anno diſcretionis ſue a roma placentiā ꝛ inde mediolanū adueniēs ſctōs geruaſiū ꝛ ꝓthaſiū ibidem in carcere detineri reperit. Audito aūt ꝙ nazarius p̄dictos martyres animaret cito ad p̄fectum ꝓtrahit: ꝛ in cōfeſſione xp̄i ꝑdurās fuſtib⁹ verberatur ꝛ ſic ex vrbe illa ꝓiectus dū de loco ad locū ꝑgeret mater ei⁹ q̄ obierat ſibi apparuit ꝛ filium ſuū confortans vt ad gallias ꝓperaret admonuit. Cūq̄ ad vrbē gallie que gemelius dr̄ aduenisset ꝛ ibidē plurimos conuertiſſet quedā mr̄ona filiū ſuū noīe celſuz elegantem puerū ſibi obtulit rogās vt ip̄m baptizaret ꝛ ſecū duceret. Qd̄ p̄fectus galliarū audiens ipſum cum puero celſo retro manib⁹ vinctū ꝛ collo cathena cōſtrictū in carcere recluſit vt eū ī craſtino tormētis afficeret. Tūc vxor ſua miſit ad eū aſſerēs iniuſtū eſſe iudiciū vt innocētes occideret ꝛ deos oīpotētes vindicare p̄ſumeret. Quib⁹ v̄bis preſes correct⁹ ſanctos abſoluit: ſꝫ ne ibi p̄dicare preſumeret admonuit ꝛ interdixit. Venit aūt ad vrbē treuerim ꝛ ibi xp̄m prim⁹ p̄dicās: ꝛ multos ibi ad fidē xp̄i cōuertēs ibidē ſibi eccleſiā edificauit. Quod audiens cornelius vicarius neroni imperatori mandauit. Qui centū milites ad eum capiendū miſit. Quē cū illi iuxta oratoriū qd̄ ſibi cōſtruxerat inueniſſent manus eius ligauerūt dicētes. Magnus nero te vocat. Quib⁹ nazari⁹. Incōpoſit⁹ rex incōpoſitos milites hꝫ. Quare cū venientes honeſte nō dixiſtis. Nero te vocat: ꝛ veniſſem. Vinctū igiť ad nerone ducebāt ꝛ puerū celſum plorantē alapis cedentes vt ſequeretur vrgebāt. Quos cū nero vidiſſet iuſſit eos in carcerem recludi donec ipſos ſupplicijs excogitatis perimeret. Interea cum nero quadam vice ad capiēdas feras miſiſſet venatores ſubito ferarū multitudo erūpens viridariū neronis intrauit vbi mltos lacerauit ꝛ pleroſq̄ occidit: intm̄ vt nero turbat⁹ diffugeret ꝛ vulnerato pede vix ad palatiū perueniret. Multis aūt dieb⁹ illi⁹ vulneris dolore decūbēs: tandē nazarij ꝛ celſi meminit et putauit deos ſibi iratos fuiſſe eo ꝙ tādiu ipſos viuere ꝑmiſit. Iuſſu igiť imperatoris milites nazariū calcibus tundētes ꝛ puerū verberātes de carcere eduxerunt: ꝛ coram imperatore ſtatuerunt. Videns autē nero faciē eius inſtar ſolis ſe fantaſtice deludi putauit ꝛ vt magicas artes deponeret ſibi dixit: ac vt dijs immolaret precepit. Ductus ergo nazari⁹ ad templū rogauit vt oēs exirēt: ꝛ ſic eo orāte oīa idola ſunt cōfracta. Qd̄ audiēs nero iuſſit eū in mare p̄cipitari: p̄cipiēs vt ſi forte euaderet ip̄m inſequentes igni ꝯbureret: ꝛ puluerē eius in mare ꝓijceret. Nazarius igiť ꝛ puer celſus naui imponunť ꝛ ī mediū pelagus ꝑducti ibi p̄cipitanť. Sꝫ ſtatim circa nauē tempeſtas maxima concitať ꝛ circa ſctōs tranquilitas magna cerniť. Dum illi periclitari timerēt ꝛ malorū q̄ in ſctōs ꝯmiſerāt peniterēt: ecce nazari⁹ cū puero celſo ſuꝑ aquas ambulās hilari vultu eiſdē appuit: ac ſuper nauē cōſcēdēs ipſis iam credētib⁹ oratione ſua mare placauit: ac inde cū eis ad locū ꝑ paſſus fere .cccccc. iuxta vrbē ianuēſem peruenit. Vbi cū diutius p̄dicaſſet mediolanū tādē vbi ſctōs geruaſiū ꝛ ꝓthaſium reliquerat venit. Qd̄ cū anolin⁹ prefect⁹ audiuiſſet cū remanēte celſo in domo cuiuſdā matrone in exiliū direxit. Nazari⁹ vero romā veniens patrē ſuū iā ſenē ꝛ xp̄ianū inueniēs quō ꝯuerſus fuerit inquiſiuit. Cui dixit ap̄lm petrū ſibi appatuiſſe: ꝛ vt p̄cedētes ſe ad xp̄z vxorē ꝛ filiū ſequereť admonuiſſe. Deinde a templorū pōtificib⁹ ad vrbē mediolanum. vn̄ romam in exiliū miſſus fuerat redire cū multa iniuria cōpelliť. Vbi cū puero celſo p̄ſidi p̄ſentať. Qui eductus extra portā romanā in loco q̄ dr̄ tres muri cū puero celſo decollat⁹ eſt: quorū corpa cū xp̄iani rapuiſſent et in ortis ſuis collocaſſent: in ipſa nocte ſctō cuidā noīe ceratio apparētes dixerūt vt eorū corpora in domo ſua ꝓpter neronē ꝓfūdi⁹ ſepeliret. Quib⁹ ille. Queſo dn̄i ſanate pri⁹ filiā meā paraliticā. Que cū cōtinuo ſanata fuiſſet corpa eorū tulit ꝛ vt iuſſerāt ſepeliuit. Poſt longū vero tp̄s dn̄s corpa eorū beato ambroſio reuelauit. Celſum vero in loco ſuo relinquēs: nazariū cū ſanguine recēti quaſi eadē hora ſepultum miro odore fragrantē integrū ꝛ incorruptū cū capillis ꝛ barba repēriēs ip̄m ad eccleſiā apoſtolorū tranſtulit: ꝛ ibi honorifice ſepeliuit. Celſum quoq̄ inde poſt modū ſuſtulit: et in eadē eccleſia collocauit. Paſſi ſunt autē ſub nerone qui cepit circa annos dn̄i .lvij. De hoc martyre ſic dicit Ambro. in p̄fatione. Martyr ſctūs roſeo luſtrat⁹ cruore nazari⁹ celeſte meruit cōſcēdere regnū. Qui dū per innumera tormētorū ſupplicia crudeli⁹ vexareť: tyrānicā rabiē fidei ꝯſtantiā ſuperabat. Nec potuit ꝑſecutorū illatis cedere minis qm̄ ꝓ ſe certāte ip̄e actor victorie xp̄s dn̄s dimicabat. Ducitur interea ad tēplum idolis p̄libare ꝓphanis quorū portēta diuino fult⁹ p̄ſidio mox vt ingreſſus eſt redegit in puluerē. Ob hoc liquidas maris in vndas lōgi⁹ a terra ꝓiect⁹ angelici muneris famulatu ſolida inter fluctus veſtigia p̄figebat. O felix ꝛ inclit⁹ dn̄i p̄liator q̄ mūdi aggreſſus principes innumerā ppl'i multitudinē vite ſociauit eterne. O magnū ꝛ ineffabile ſacrm̄ vt de illorū poti⁹ ſalute leteť eccleſia quos puniſſe mūdus exultat: o btā mr̄ natorū ſuorū glorificata tormētis quos nō plāctu nō gemitu ad inferna deducit: ſꝫ ad celeſtia eterna migrantes perpetua laude ꝓſequiť. O teſtus fragrātiſſime nitore celeſti fulgide cui⁹ ineſtimabilis odor ſabellicis prepollet aromatib⁹. Quē ambro. reperiēs perhēnē pronum dedit ꝛ medicū fidei ꝓpugnatorē ſacri p̄lij bellatorē. Tu dudū multo latitātē puluere diagmā. Inuenis accenſa v̄bi virtute ſupna. At pateāt cunctis tua xp̄e munera ſedis. Angelicos cernāt humanaq̄ lumina vultus. Hec ambroſius.

De ſancto felice papa. xcviij. A.



Felix loco liberij in papā eligiť ꝛ ordinatur. Cū eīn liberius papa nollet ariane hereſi aſſentire miſſus eſt in exiliū a cōſtātio filio ꝯſtātini: ꝛ ibi ꝑ triēniū morat⁹ eſt. Quapropter vniuerſaliter clerus roman⁹ loco ei⁹ felicē ordinauerūt ipſo liberio volente ꝛ cōſentiēte. Qui quidē felix concilio ꝯuocato corā .xlviij. ep̄is cōſtātiū imꝑatorē arrianū hereticum ꝛ duos p̄ſbyteros ſibi fauentes condēnauit. Quapropter cōſtantius indignat⁹ felicē de ep̄atu ſuo deiecit ꝛ liberiū eo pacto reuocauit: vt .ſ. ſolūmō cōſtātio ꝛ alijs quos felix dānauerat cōicaret. Liberi⁹ igiť tedio affect⁹ exilij in heretica prauitate ſubſcripſit ꝛ ſic in tm̄ ꝑſecutio excreuit vt ꝙ plurimi ſacerdotes et clerici liberio non prohibente intra eccleſiā ſunt necati. Felix vero de ep̄atu deiectus cū in predio ſuo habitaret: ide educt⁹ martyriū capitis obtrūcatiōe ꝓmeruit circa annos domini .cccxl.

De ſanctis ſimplicio ꝛ fauſtino. xcix. A.



SImpliciꝰ ⁊ fauſtinꝰ frēs cū ſacrifi
care cōtēnerēt ſub diocletiano ro
me multa ſupplicia ptulerunt. Tādē
data ſup eos ſnīa decollati ſunt ⁊ ī ty=
berim corpa eoꝝ ꝓiecta. Soror autē
eoꝝ nomīe beatrix eoꝝ corpa de flumi
ne leuauit ⁊ honorifice ſepeliuit. Lu=
cretius aūt ꝑfectꝰ ⁊ eiꝰ vicariꝰ dū ꝑdiū
ipoꝝ ambiret eā teneri fecit ⁊ vt idolis
īmolaret ꝑcepit. Quā renuentē lucre
tius nocte a ſeruis ſuis ſfocari ꝑcepit.
Cuius corpus lucina ꝟgo rapiēs iuxta frēs ſuos ſepe
liuit. Poſt hoc ꝑfectꝰ lucretiꝰ ꝑdiū ipꝫ intrauit vbi fa=
cto amicis ſuis ꝯuiuio cū martyribꝰ iſultaret: īfantulꝰ
qdā lactēs pānis īuolutꝰ de gremio mrīs q̄ ibi aderat
cūctis audiētibꝰ exclamauit. Audi lucreci. Occidiſti ⁊
inuaſiſti: ecce datꝰ es ī poſſeſſionē īimici. Statimq̧ lu=
cretius timēs ac tremēs a demone arripit: ⁊ ꝑ tres ho
ras adeo eſt vexatꝰ vt in ipſo ꝯuiuio moreret. Qđ vidē
tes q̄ aderāt, ad fidem conuerſi ſunt ⁊ narrabāt oībus
paſſionem ſancte beatricis virginis in ꝯuiuio vindica
tā. Paſſi ſunt autē circa annos domini. cclxxvij.

¶ De ſancta martha. c. A.



MArtha hoſpita xp̄i ſyro pře eu=
charia matre regali ex ꝓgenie
deſcendit. Př eius ſyrie ⁊ maritī me
multarūq̧ orarū dux extitit. Tria aūt
opida. ſ. magdalū ⁊ bethaniā vtrāq̧ ⁊
hieroſolymitane vrbis partem mar=
tha cū ſorore iure materne hředitatis
poſſidebat. Nunq̄ aūt legit virū ha=
buiſſe aut hoīꝫ cōtubernium ſubiiſſe.
Miniſtrabat aūt dño nobilis hoſpi=
ta ⁊ ſororē parit miſtrare volebat: q̄z
videbat ſibi q̄ ad ſuiēdū tāto hoſpiti non ſufficeret et
totꝰ mūdꝰ. Poſt aſcēſionē dñi cū factā eēt diſpſio diſci=
puloꝝ: ipſa cum frē ſuo lazaro ⁊ ſorore ſua magdalena:
necnō btīs maximinꝰ q̄ eas baptizauerat: ⁊ cui a ſpū=
ſctō fuerāt ꝯmēdate: mltīſq̧ alijs ablatis remis velis
⁊ gubernaclis oībꝰ alimētiſq̧ ratibꝰ ab īfidelibꝰ īcludū
tur. Qui dño duce marſiliā ꝑuenerūt. Tādē aquēſem territoriū a=
queſe adeūt: ⁊ ibidē pplꝫ ad fidē ꝯuertūt erat āt b. mar
tha valđ facūda ⁊ oībꝰ g̃oſa. Erat āt tē tpis ſup rhoda
nū in nemore qdā int arelatē ⁊ auinionē draco qdā me
diꝰ aīal mediꝰ piſcis groſſior boue lōgior eq̄ hñs dētes
ſpata acutiores binis ꝑnis ex vtraq̧ pte mūitꝰ q̄ latēs
ī flumie oēs trāſeūtes ꝑimebat ⁊ naues ſubmergebat.
Venerat aūt ꝑ mare de galicia aſie gñatꝰ a leuiathā q̄
ſpēs aq̄ſus ⁊ ferociſſimꝰ ⁊ bōacho aīali qđ gallicie re=
gio gignit ⁊ qđ iſecratores ſuos ꝑ ſpaciū iugeris ſter=
cus ſuuꝫ velut ſpiculū dirigit: ⁊ q̄cquid tetigerit velut
ignis exurit. Ad quē martha a pplīs rogata accedēs:
ipmq̧ ī nemore quēdā hoīeꝫ māducātē reperiēs aquā
bñdictā ſup eū ꝓiecit: ⁊ crucē quādā ſibi oñdit. Qui ꝓ
tinꝰ victꝰ vt ouis ſtās a ſcā martha, ꝓprio cīgulo alliga
tur ⁊ ilico a pplō lāceis ⁊ lapidibꝰ ꝑimit. Vocabat aūt
draco ab incolis taraſconꝰ: vñ in huiꝰ memoriā locꝰ il
le adhuc vocatur taraſcona q̄ aū vocabat nerluc. i. ni=
ger locꝰ: eo q̄ ibi erāt nemora nigra ⁊ vmbroſa. Ibi igi
tur btā martha đ licētia magrī ſui maximini ⁊ ſororis
ſue: deīceps remāſit ⁊ orōnibꝰ ⁊ ieiunijs īdeſinēter va
cabat: deīde ꝯgregato ibidē magno ſororoꝝ cōuētu et
ad honorē btē marie ſemꝑ ꝟginis magna edificata ba
fidei nře catholic⁹: i explanādis ſcripturis canonicis
caut⁹. Bern. ꝗ̃ ſic de eo ſcribit. Auguſtin⁹ ħ eſt validiſ
ſimus malle⁹ hereticoꝝ. R. ¶ Poſt hoc aūt cū barbara
gens terrā illā occupaſſet ꝛ ſctā loca ꝓphanaret: fide-
les corp⁹ aug. ceperūt ꝛ ipz in ſardiniā tranſtulerunt:
trāſactis autē ab ei⁹ obitu annis. ccl xxx. Circa annos
dñi. dccxviij. liprandus longobardoꝝ rex audiens ſar
diniā a ſarracenis depopulatā ſolēnes illuc nuncios
miſit: vt doctoris ſcti reliqas papiā deferrēt. Qui ma-
gno pretio dato corpus ſcti augu. tulerunt: ꝛ ipm vſqȝ
ianuā deportauerūt. Qđ deuotus rex audiēs vſqȝ ad
predictā ciuitatē cū magno gaudio eidē obuiauit ꝛ re
uerenter excepit. Cū aūt mane vellent corp⁹ deducere:
nullo mō de loco moueri potuit donec rex votū emiſit
ꝙ ſi ſe inde duci pmitteret ibidē in ſuo noīe eccleſiā fa
bricaret. Cū aūt votū feciſſet ſtatim ſine difficultate in
de deductū eſt. Rex aūt qđ vouerat adimpleuit ꝛ ibidem
in honorē ſcti aug. eccleſiam cōſtruxit. Idē miraculū
die ſequēti in qdā villa epatus terdoñ. q̄ dr caſſelle cō
tigit ꝛ eodē mō ibidē in honore. ſ. auguſtini eccleſiā fa
bricauit. Inſup villā ipaz cū oīb⁹ ſuis appēditus cō
ceſſit ſeruiētib⁹ eccleſie ſcti aug. ꝑpetuo poſſidēdā. Et
quo rex viderat ſctō cōplacere vt in ſuo noīe eccl'ia fie-
ret vbicūqȝ māſiſſet ꝛ timēs ne ī alio loco ꝙ vbi deſide
raret locū ſibi eligeret in oī loco vbi de nocte cū corpe
hoſpitabat̃ in honore ipſius eccleſiā ꝯſtruebat. Sicqȝ
cum magno gaudio papiā deducit̃: ꝛ in eccl'ia ſcti petri
q̄ celū aureū dr honorifice collocat̃. No: ēdinari⁹ qui
dā in. b. aug. ſpālē deuotionē hñs: cū quādā infirmita
tē q̄ dr phlegma ſalſum in tibia pateret̃. b. aug. deuote
in ſui adiutoriū īuocabat. Cui ꝑ viſuz ſctūs aug. appa
ruit ꝛ tibiā manu palpās itegre reſtituit ſanitati. Qui
excitat⁹ ſe liberatū iuenit: ꝛ deo ꝛ. b. au. grās reddidit.
Quidā puer cū vitio lapidis pmeret̃ ꝛ de cōſilio medi
coꝝ incidi deberet: mr̃ pueri morti ſibi timēs periculū
b. augu. deuote in ſui fitu ſubſidiū īuocauit. Statimqȝ
fuſa orone puer lapidē cū vrina emiſit ꝛ plenā ſanita-
tē recepit. R. ¶ In mōaſterio qđ eleemoſyna dr mona-
chus qdā in vigilia ſcti aug. rapt⁹ in ſpū vidit nubem
ſplendidā celit⁹ elapſam ꝛ ſup nubē aug. ſedētē ponti-
ficalib⁹ inſignitū: cui⁹ oculi quaſi duo ſolis radij totaz
illā eccleſiā illuminabāt ꝛ odor inde nimi⁹ exhalabat.
Sctūs ꝗ̃ bernardus dū quadā vice in matutinis exi-
ſtēs aliquantulū obdormiſſet ꝛ de quodā tractatu au-
gu. lectiōes legerent̃: vidit quēdā pulcherrimuz iuue-
nē ibi ſtantē: de cuius ore tantus inūdantiū aquarum
impet⁹ exibat ꝙ totā illā eccl'iaz videret̃ replere. Qui au
guſtinū adeſſe nō dubitauit qui fonte doctrine totā ec
cleſiā irrigauit. Quidā ſctm aug. valde diligēs mona-
cho cuſtodi corpis ſcti aug. pecuniā magnā dedit vt ſi-
bi ſcti auguſtini digitū vnū daret. Sȝ ille accepta pe-
cunia digitū cuiuſdā mortui ſericis inuolutuz ſibi tri-
buit ſimulās eē digitū ſcti auguſtini. Quē ille reuerē
ter accipiens ſemꝑ deuotiſſime adorabat ꝛ ori oculiſ-
qȝ apponēs crebro pectori aſtringebat. Cui⁹ fidē deus
intuens digito illo ꝓiecto vnū digitū ſcti aug. tā mira
bilr ꝙ miſericorditer ſibi dedit. Qui cū repatriaſſet ꝛ
multa ibi miracula fierent fama vſqȝ papiā delata eſt.
Sȝ cū pdict⁹ monachus aſſereret ꝙ cuiuſdam mortui
digitus ille eſſet: ſepulcrū aperuerunt ꝛ vnū deeſſe de
eius digitis inuenerūt. vnde abbas recognita mona-
chum ab officio depoſuit: ꝛ dire afflixit. Apud burgun
diam in monaſterio qđ dr fontanetū erat quidā mona
chus hugo noīe ſancto auguſtino valde deuotus: q̄ in
eius ſcriptis miro deſiderio paſcebat̃ quem etiam cre
bra ſupplicatione rogauerat: vt ipm ex hac luce migra
re non ſineret niſi in die ſue ſacratiſſime ſolēnitatis.
Ipſe igit̃. xv. die ante feſtū eiuſdē ſic cepit duris febri-
bus eſtuare vt in vigilia ipſi⁹ ſup humū tanꝗ̃ moriens
poneretur. Et ecce plures decori ac fulgētes viri ami-
cti albis: eccleſiā dicti monaſterij ꝓceſſionaliter intra
uerunt. Quos ſequebat̃ quidā reuerendus pontifica-
libus inſignitus. Quidā aūt monachus in eccleſia cō-
ſiſtens hoc vidēs obſtupuit: ꝛ quinā eſſent vel quo ꝑge
rent inqſiuit. Cui vnus eoꝝ dixit ꝙ ſctūs aug. eſſet cū
ſuis canonicis qui ad deuotū ſuuz morientē pergeret
vt ei⁹ aīam ad regnū glīe deportaret. Poſt hoc illa re-
uerenda ꝓceſſio ad infirmariā ingreditur: vbi cum ali
quādiu manſiſſet ſctā illa aīa a carne ſoluta eſt quam
dulcis amic⁹ ꝛ ab hoſtiū inſidijs ſecurā reddidit ꝛ ad
celi gaudia introduxit. Legit̃ ꝗ̃ ꝙ dū adhuc aug. ī car-
ne viueret ꝛ qdā relegeret aū ſe trāſire vidit demonez
librū humeris baiulātē. Qui cū ab eo ꝓtin⁹ adiurat̃ vt
q̄ ibi ſcripta lateāt ſibi pandat. Qui pctā hoim ibidem
eſſe aſſeruit ſcripta q̄vndecunqȝ collegit ꝛ in eo repo-
ſuit. Moxqȝ ei pcepit vt ſi aliquod ſuoꝝ pctōꝝ ibi ſcri-
ptū retineret ſibi legēdū cōtinuo manifeſtaret. Oſtēſo
aūt loco nihil auguſtin⁹ ibi ſcriptū reperit niſi ꝙ qua-
dam vice cōpletoriū ex obliuione dimiſit. Precipiēſqȝ
diabolo vt ſuū preſtolaret̃ aduentū eccleſiā eſt ingreſ-
ſus ꝛ cōpletoriū deuote dixit: ꝛ ſolitas oratiōes cōple
te peregit. Reuerſuſqȝ dixit ei vt predictum locum ſibi
oſtenderet iterū relegendū. Qui dū crebro reuolueret et
tandē locū vacuū reperiſſet: iratus dixit. Turpiter me
decepiſti: penitet me ꝙ librū meum tibi oſtēdi: qr pctm
tuū orationum tuarum virtute deleſti. Et his dictis
ꝯfuſus euanuit. M. ¶ Cū qdā mulier a quibuſdā ma-
licioſis iniuriam pateretur: illa ad btm̄ auguſtinū ac
ceſſit vt ſup hoc ei⁹ cōſiliū iploraret. Que cū ipſuz ſtu-
dētē iueniſſet ꝛ eū reuerēter ſalutaſſet: ille nec ad eā re
ſpexit nec quicꝗ̃ ſibi rñdit. Cogitās illa ne forte ob ni
miā ſctitatē in faciē mulieris nollet intēdere ꝓpi⁹ ac
ceſſit ꝛ diligēter negotiuz expoſuit. Sed ille nec ſe ad
eam conuertit nec reſponſum aliqđ ſibi dedit. Ideoqȝ
illa cum triſtitia magna receſſit. Altera autē die cū au
guſtinus miſſam celebraret ꝛ dicta mulier intereſſet:
poſt eleuationem corporis rapta in ſpū: vidit ſe poſi-
tam ante tribunal ſanctiſſime trinitatis. Ubi vidit au
guſtinuz facie inclinata de trinitatis gloria attentiſſi
me ꝛ ſubtiliſſime diſputantē. Factaqȝ eſt vox ad eam
dicens. Cum ad auguſtinum iuiſti ille ſic de trinitatis
gloria attētiſſime diſputabat: ꝛ iō ꝙ ibi fueris penit⁹
nō aduertit. Sed ad eū ſecure redeas: qr ꝛ eū clemen-
tem inuenies ꝛ ꝯſiliū ſalubre reperies. Qđ cū feciſſet
aug. benigne eā audiuit ꝛ ꝯſiliū ſalubre donauit. Fer-
tur quoqȝ ꝙ dū quidā vir ſanctus in ſpū rapt⁹ ſctōs in
glīa cōſpexiſſet ꝛ. b. aug. minime vidiſſet: quēdā de ſan
ctis vbi nā aug. eſſet pcūctat⁹ eſt. Qui rñdit aug. reſi-
det in excelſis vbi diſputat de glīa excellētiſſime trini
tatis. Cū qdā papiēſes a marchione malaſpine ī carce
re detinerent̃ ab eis oīs pot⁹ penitus eſt interdict⁹ vt
poſſet ab eis magna pecunia extorqueri. Un̄ plerīqȝ
iaȝ ſpm̄ exhalabāt q̄dā xo vrinā bibebāt. At q̄dē iuue
nis īter eos q̄ in btm̄ Aug. magnā deuotionē habebat
ipm in ſui adiutoriū inuocauit. Tunc circa noctis me
dium ſctūs augu. pdicto adoleſcēti apparuit ꝛ quaſi ma
nū eius dexterā apprehendēs vſqȝ ad flumē grauclo-
ni ipm deduxit: ibiqȝ cū folio vitis in aqua madefacto
ſic eius linguā refrigerauit vt q̄ iā vrinā bibere cupie-

rat de potu nectaris nō curaret. Prepoſitꝰ cuiuſdā eccleſie in btm̄ augꝰ. magnā deuotionē h̄ns cū ꝑ tres annos grauē infirmitatē icurriſſet: ita vt de lecto ſurgere nō valeret adueniēte ſolēnitate ſcti aug. cū iā i vigilia ad veſpas pulſaret̄ ad rogandū ſctm̄ augu. tota deuotiōe ſe cōtulit. Cui in albis augu. apparēs eidē ter citato ꝓprio noīe dixit. Ecce aſſum toties a te inuocatus. Surge cito ⁊ celebra mihi officiū veſptinū: q̄ ſanꝰ ſurgēs cūctis ſtupētibꝰ eccleſiā intrauit ⁊ officiū deuote peregit. Cū cuidā paſtori ſeuū vlcus inter ſcapulas ortum eſſet adeo morbus inualuit vt iā totis eſſet viribus deſtitutus. Qui dū ad ſctm̄ aug. ꝓces emitteret ei dē aug. in viſu apparuit ⁊ ſup locū infirmū manū appōnēs ꝑfecte eū ſanauit. Idē q̄ꝫ vir ꝓcedēte tp̄e oculorū lumine eſt priuatꝰ qui cū ſctm̄ augu. ſedule inuocaret quadā die circa meridiē eidē apparuit. ⁊ oculos manibꝰ ſuis tergēs priſtinā ſibi ſanitatē reſtituit. M. ¶ Circa annū dn̄i. dccccxij. viri q̄dā grauiter infirmi numero pluſq̄ꝫ. xl. de germania ⁊ gallia romā ibāt ad limina apl̄oꝝ viſitāda quoꝝ q̄dā ſcānis i terra curui ſe vehētes: alij cū baculis ſe ſuſtētātes: alij priuati oculis poſt alios ſe trahētes alij cōtractas manꝰ ⁊ pedes habētes ꝑgebāt. Qui mōtes trāſcūtes ad locū q̄ dr̄ carbonaria ꝑuenerūt. Cū aūt pene ad locū q̄ cana dr̄ aduenīſſent q̄ tribꝰ millibus a Papia diſtat ſanctꝰ aug. pōtificalibꝰ indutꝰ de quadā eccl̄ia i honore ſctōꝝ coſme ⁊ damiani cōſtructa exiēs eiſdē apparuit eoſq̄ꝫ ſalutās quo tēderent requiſiuit. Qui cū ei quo tenderēt rn̄diſſent adiecit. Ite Papiā ⁊ de cenobio ſancti petri qd̄ dr̄ celū aureū interrogate ⁊ ibi mi̾am habebitis quam optatis. Qui cū eum de noīe ſuo interrogaſſent ait. Ego ſum auguſtinus quondā yppoñ. ciuitatis ep̄s. Statiq̄ꝫ ab oculis eoꝝ euanuit. Illi autē papiam pergētes cū ad dictū monaſteriū ꝑueniſſent ⁊ ibi corpus ſcti Aug. requieſcere didiciſſent ceperūt oēs voces leuare ac vnanimiter cōclamare. Scte Aug. adiuua nos. Ad quoꝝ clamores ciues ⁊ monachi excitati ad tā grāde ſpectaculū ꝯfluebāt. Et ecce ex neruoꝝ diſtenſione ſanguis multus cepit effluere ita vt ab introitu cenobij vſq̄ꝫ ad tumbā ſcti Augu. tota terra ſanguine videret̄ aſperſa. Cū aūt ad ſepulcrū ſcti Auguſtini veniſſent oēs ſanitati ſunt itegre reſtituti ac ſi nulla in eoꝝ corporibꝰ leſio extitiſſet. Cepit extunc fama ſcti Auguſtini crebreſcere ⁊ multitudo lāguētiū ad eius tumulū aduētare. Qui oēs ſanitatis beneficia reportātes ſue ſalutis pignora relinq̄bāt. Factūq̄ꝫ eſt vt tāta predictoꝝ pignorū fuerit multitudo vt inde totū oratorium ſancti Auguſtini vt porticꝰ plena eſſent ita vt eūdi ⁊ redeūdi impedimētū nō modicū generarēt. Quapropt̄ monachi neceſſitate cōpulſi ea inde remoueri fecerunt. Notandū ꝙ cū tria ſint q̄ a mundanis hominibus appetunt̄ ſ. diuitie delitie ⁊ honores vir iſte ſctūs tāte ꝑfectiōis extitit ꝙ ipſe diuitias cōtēpſit honores reſpuit: voluptates abhorruit ꝙ eīn diuitias cōtēpſerit ipſe teſtat̄ in lib. ſoliloquioꝝ vbi rō interrogat eū dicens. Diuitias nullas cupis. Et rn̄det Augu. Hoc quidē nec nūc primū. Nam cū. xxx. annos agam. xiiij. fere anni ſunt eo quo iſta cupere deſtiti: nec aliud in his preter neceſſariū victum cogitaui. Prorſus vnus ciceronis liber mihi facile ꝑſuaſit nullo modo appetendas eſſe diuitias ꝙ autem honores reſpuerit in eodē lib. teſtatur: vbi ratio interrogat eū dicens. Quid honores? Et rn̄dit Augu. Fateor eos modo ac pene his diebus cupere deſtiti. Voluptates quoq̄ꝫ ⁊ delitias contempſit et quantum ad concubitum / ⁊ quantū ad guſtum. Quantum ad primum interrogat eum ratio dicens in eodeꝫ lib. quid vxor. Nōne te delectat pulchra pudica: morigerata diues ꝓſertīꝫ ſi certus ſis nihil ex ea te moleſtie eſſe paſſurū. Et rn̄det aug. Quātūlibet velis eā depingere atq̄ꝫ cumulare bonis oībus: nihil mihi tā fugiendū eſſe ꝙ cōcubitū decreui. Cui rō. Nō ergo q̄ro q̄d decreueris: ſed vtrū ad hoc aliceris. Et rn̄det aug. Prorſus nihil in h̄mōi quero / nihil deſidero etiā cū onere: horrore ⁊ aſpernatione talia recordor. Quātū ad ſcōm interrogat eū rō dicens. Quid de cibis. Et rn̄det Auguſtinus. Siue de cibo ⁊ potu ſiue de balneis ceteraq̄ꝫ corporis voluptate nihil interroges: tantū ab ea peto quantum in valitudinis opem conferri poteſt.

¶ De decollatione ſcti Joānis baptiſte. cxx. A.



Decollatio ſcti Joānis baptiſte q̄tuor de cauſis inſtituta fuiſſe videt̄ ſicut in libro mitrali de officio inuenit̄. Primo ꝓpter eius decollationē. Scđo ꝓpter oſſium ipſius concremationē ⁊ collectionē. Tertio propter capitis ipſius inuētionē. Quarto ꝓpter digiti ipſius tranſlationē ⁊ eccleſie dedicationē: ⁊ ſm̄ hoc feſtum iſtud a quibuſdaꝫ diuerſimode noīat̄ ſcꝫ decollatio / collectio / inuētio / ⁊ dedicatio. Primo igit̄ celebratur hoc feſtum ꝓpter ipſiꝰ decollationē: que quidē hoc modo facta eſt. Nā vt habet̄ in hiſtoria ſcholaſtica herodes antipas filius magni herodis romā ꝓficiſcēs ⁊ ꝑ fratrē ſuū philippum trāſitū faciēs cū herodiade vxore philippi: ⁊ ſm̄ ioſephū ſorore herodis agrippe ſecreto pepigit qđ in reditu ſuo vxorē repudiaret ⁊ ipſaꝫ i ꝯiugē duceret. Qđ vxorē ſuā. ſ. filiā arethe regis damaſcenoꝝ minime latuit ⁊ iō nō expectato viri reditu ad patrē ꝙ totiꝰ feſtinauit. Rediēs aūt herodes herodiadē philippo abſtulit ⁊ arethā regē ⁊ herodē agrippā cū philippo i ſui inimicitiā ꝯcitauit. Joānes autē eū de hoc arguebat: qm̄ ſm̄ legē quā receperat fratris ſui vxorē ipſo viuēte ſibi minime h̄re licebat. Vidēs herodes ꝙ iohes tā dure eū ſup hoc redargueret: ⁊ q2 ob predicationē ⁊ baptiſmū ſm̄ ioſephū magnū ppl̄m cōgregaret ipm̄ in carcere vinculauit vxori placere cupiēs ⁊ ppl̄i ſubſequētis ioānem diſpendiū ꝑtimeſcēs ipm̄ aūt occidere voluit: ſꝫ ppl̄m timuit: deſiderātes aūt herodias pariter ⁊ herodes occaſionē aliquā inuenire vt ioānē occidere poſſent videtur iter ſe ſecreto cōdixiſſe vt herodes natal̄ ſui diē corā primis galilee ſuiſq̄ꝫ pricipibꝰ celebraret: ⁊ puelle ſaltāti filie herodiadis q̄cq̄d petierit ſe ſibi daturū iuramēto firmaret: ⁊ ipſa caput ioānis petēre illud ſibi propter iuramētū factū eū tribuere oporteret: ſed de iuramēto facto ſe ꝯtriſtari ſimularet: ꝙ eū hāc ꝯſutiā ⁊ ſimulationē habuerit vr̄ innui i hiſto. ſchola. vbi ſic dr̄. Credibile eſt ꝙ herodes cum vxore de nece ioānis ſub tali occaſiōe faciēda priꝰ ſecreto tractauerit. Itē Hier. in gloſ. Iō forte iurauit vt occaſionē inueniret occidēdi. Nā ſi illa pr̄is aut m̄ris iteritū poſtulaſſet herodes nō vtiq̄ꝫ ꝯſenſiſſet. Ordinato igit̄ ꝯuiuio puella adeſt corā oībꝰ ſaltat placet cūctis. Se ſibi q̄cq̄d petierit daturū rex iurat. A matre ꝓmonita caput ioānis expoſtulat. Sꝫ ꝯſilio pellis herodes ꝓpter iuſiurādū ſe cōtriſtatū ſimulauit eo ꝙ vt dicit Rabanꝰ temere iuraſſet qđ eū facere oporteret. Sed triſtitiā ꝓferebat in facie cū letitiā haberet i mēte. Excuſat ſcelus iuramēto vt ſub occaſione pietatis ipius fieret. Igit̄ ſpeculator mittit̄: caput ioannis precidit̄: puelle datur: ⁊ a puella matri adultere ꝓſentat̄. Aug. occaſione huiꝰ iurationis narrat in ſermone q̄dā quē fecit in decollatiōe ſcti ioā. ba-

priſte tale exēplū. B. ¶ Fuit qdā hō inocēs ⁊ fidelis a quo audiui qđ narro. Cū em̄ qdā ſibi negaſſet qđ ei accomodauerat vel qđ ſibi debebat: cōmotus ille ꝓuocauit eū ad iuſiurādū. Ille igit̄ iurauit iſte ꝑdidit. Uidebat ergo ī ipa nocte ſe ad iudicē raptū fuiſſe ⁊ ab eo interrogatū fuiſſe his v̄bis. Quare ꝓuocaſti hoīez ad iuratiōnē quē ſciebas ſalſuz eē iuraturū. Rn̄dit ille. Negauit mihi rē meā. Et iudex. Meliꝰ erat vt rē tuaz pderes ꝙ vt aīaz illiꝰ falſa iuratiōe pimeres. Proſtratus igit̄ tā grauiter cedi iuſſus eſt vt ī dorſo euigilātis plagarū veſtigia apparerēt. Sed indultū eſt ei poſtꝙ emēdatꝰ eſt. Hec Aug. In hac aūt die ioānes decollatus nō eſt: ſz circa dies azimoꝝ anno ꝓcedēte paſſionē xp̄i. Oportuit ēt vt ꝓpt̄ dn̄ica ſacra mīor cederet maiori. Hic exclamat Ioā. chrẏſ. dicens. Ioānes ſchola v̄tutū: magiſteriū vite ſc̄itatis forma: norma iuſticie v̄ginitatis ſpeculuz pudicicie titulꝰ caſtitatis exēplū: pnīe via: pctōꝝ venia: fidei diſciplina. Ioānes maior hoīe par angelis: legis ſūma euāgelij ſctīo apl̄oꝝ vox: ſilētiū ꝓphetarū: lucerna mūdi: ꝓcurſor iudicis totiꝰ mediꝰ trinitatis. Et h̄ tātꝰ dat̄ inceſtuoſe: tradit̄ adultere: addicit̄ ſaltatrici. Herodes aūt īpunitꝰ nō abijt: ſz exilio dānatꝰ fuit. Nā ſicut h̄r in hiſtoria ſcholaſtica alter herodes. ſ. agrippa cū eēt vir ſtrenuꝰ ſed paupꝑ nimia paupꝑtate deſperās quādā turriz itrauit: vt ibidē ſe fame afflictēs moreret̄. Qđ cū herodias ſoror ſua audiſſet: viro ſuo. ſ. herodi ātipe tetrarche ſupplicauit vt eū īde educeret ⁊ ſibi neceſſaria miniſtraret. Qđ cū feciſſet ⁊ ābo ſimul epularēt̄ herodes tetrarcha vino īcaluit ⁊ herodi agrippe bn̄ficia q̄ ſibi ꝯtulerat improperare cepit. Ex hoc ille vehemēter doluit ⁊ romā ꝓficiſcēs intm̄ a gaio ceſare ī grāz eſt receptꝰ vt ei duas tetrarchias. ſ. liſanie ⁊ abiline tribueret ⁊ regē in iudeā impoſito diademate deſtinaret. Uidēs herodias ꝙ frēꝰ h̄ret nomē regis viro ſuo moleſtiis ꝓcibꝰ inſiſtebat vt romā pgeret ⁊ ſibi nomē regiū cōparet. Ille v̄o cū multis diuicijs abūdaret acqēſcere nolebat magis diligēs ociū ꝙ honorē laborioſum. Tādē deuictꝰ vxoris ꝓcibꝰ romā cū ipa ꝓcexit. Qđ agrippa itelligēs ceſari līas deſtinauit ꝙ herodes cū rege parthoꝝ amicicias firmauerit et romano īꝑio voluerit rebellare. Et in argumentū huiꝰ rei ſignificauit et ꝙ in ciuitatibꝰ ſuis habebat arma q̄ ſufficerēt: lxx. milibꝰ armatoꝝ. Lecta aūt epl̄a gaius quaſi aliūde incipiens herodē de ſtatu ſuo interrogauit ⁊ īter cetera virū tāta copia armatorū eēt in v̄bibꝰ q̄rtū ipſe audierat reqſiuit. Qđ ille minime negauit. Tūc gaius verū eē credēs ꝙ herodes agrippa ſcripſit ip̄m in exiliū relegauit vxori aūt eius q̄ erat ſoror herodis agrippe queꝫ maxime diligebat ꝑmiſſiōē tribuit vt in terrā ſuā rediret. Ipa aūt virū ſuuz voluit comitari dicēs ꝙ illū cui cōiūxerat in ꝓſperis nō dereliq̄ret ī aduerſis. Lugdunū igit̄ deportati ſuerūt ⁊ ibi vitā miſerabilr̄ finierūt. Hec in hiſtoria ſcholaſtica. C. ¶ Scđo ꝓpter oſſiū ipſiꝰ ꝯcremationē ⁊ collectionē q̄ ipſa die ſm̄ qſdā fuerūt cōcremata et ja fidelibus ex pte collecta. Uñ quaſi ſm̄ martyriū patit̄ qñ ipſe in ſuis oſſibꝰ cōcremat̄: ⁊ iō eccl̄ia tanꝙ ſm̄ eius martyriū hoc feſtū celebrat. Sic em̄ legit̄ ī li. xij. hiſto. ſcholaſtice vel eccl̄iaſtice dū diſcipuli ioānis corpꝰ eiꝰ apud ſebaſtē v̄bē paleſtine inter heliſeū ⁊ abdiā ſepeliſſent ⁊ ad eiꝰ tumulū multa miracula fierent: iubēte iuliano apoſtata gētiles eius oſſa ſparſerūt ⁊ cum miracula nō ceſſarēt poſt collecta ⁊ igne cōcremata ī puluerē redegerūt: ⁊ p agros ventilauerūt ſicut dr̄ ī hiſtoria ſcholaſtica ⁊ eccl̄iaſtica. Beda v̄o dicit ꝙ ipſa oſſa collecta latiꝰ ſparſerunt: ⁊ ſic ſm̄ martyriū quodāmodo paſſus videt. Hoc quidā repſitant neſciētes duz in eius natiuitate oſſa vndecūqꝫ collecta cōcremant. Dū aūt ēad cōcremādū colligerent̄ vt habetur in hiſtoria ſchola. ⁊ Beda teſtat̄. Quidā monachi a hieroſolymis venientes latēter colligētibꝰ ſe miſcuerūt ⁊ magnā eorū pte tulerūt. Ipſa qꝫ oſſa ad philippū hieroſolymitanū ep̄m detulerūt qui ea poſtmodū athanaſio alexandrino ep̄o miſit. Poſtmodū v̄o theophilꝰ eiuſdē v̄bis ep̄s ea ī tēplo ſerapis a ſordibus purgato repoſuit et in honorē ſancti ioānis baſilicā cōſecrauit. Hec beda ⁊ hiſtoria ſcholaſtica. Nūc aūt apud ianuā deuote colitur ſicut Alexander tertiꝰ ⁊ innocentius quartꝰ ei veritate cognita ſuis ꝑuilegijs approbauerūt. Sicut aūt herodes qui eiꝰ caput amputari fecit ſuorū ſcelerū penā ꝯtulit: ſic ⁊ iulianū apoſtatā q̄ eiꝰ oſſa cōburi iuſſit ultio diuina ꝑcuſſit. De cuiꝰ ꝑſecutione habet̄ in hiſtoria ſcī iuliani que eſt poſt cōuerſionē. ſ. pauli. D. ¶ De huius aūt iuliani apoſtate origine imperio credulitate ⁊ morte in hiſtoria tripartita plenius edocet̄. Cōſtātinꝰ nāqꝫ frater magni cōſtātini ex eodē patre duos habuit filios. ſ. galiū ⁊ iulianū. Mortuo aūt cōſtantino cōſtāꝰtius eius filius galiū ceſarē fecit quē tm̄ poſtmodū interfecit. At iulianus metuens monachꝰ effectus eſt cepitqꝫ magos ꝯſulere ſi poſſet adhuc ad imperiū ꝑuenire. Poſt hoc cōſtantiꝰ iulianū ceſarē fecit et ad gallias miſit vbi victorias multas exercuit. Corona aūt aurea inter duas colūnas dependens rupto funiculo ſuꝑ caput eius inde trāſeūtis decidit euqꝫ aptiſſime coronauit cūctis clamātibꝰ q̄ imperij ſignū eēt. Cū qꝫ a militibus appellaret̄ auguſtꝰ ⁊ corona cū qua coronaret̄ ibidē deeſſet vnꝰ torquē quē habebat ī collo iuliani capiti impoſuit: ⁊ ſic ab eis impator eſt effectus. Tūc figmētū xp̄ianitatis qđ habebat abiecit ⁊ tēpla idoloꝝ apeříēs ⁊ eis ſacrificās ſe paganorū pōtificez nolabat ⁊ ſignū crucis vndiqꝫ deſtruebat. Quadā vice ros ſuꝑ eiꝰ veſtimē. a ceterorūqꝫ q̄ cū eo erāt cecidit et gutta qlibet ſe in crucis ſignaculū transformauit. Uolēs aūt cōplacere oībꝰ mortuo ꝯſtantio voluit vt vnuſquiſqꝫ cui vellet ritui deſeruiret: ac de curia ſua eunuchos: tonſores ⁊ coquos fugauit. Eunuchos qdem: q̄ vxor eius obierat: poſt quā aliaz nō duxerat. Coquos: q̄ cibis ſimplicioribꝰ vteret̄. Tōſores aūt q̄ vnus indt ſufficit multis. Multos libros dictauit ī qbus oēs ante ſe principes lacerauit. Ut ergo coquos atqꝫ tōſores expelleret: opus pħi nō tm̄ īpatoris egit. Ut aūt detraheret atqꝫ laudaret: neqꝫ pħi neqꝫ imꝑatoris fuit. Duz aliqñ iulianꝰ idolis ſacrificaret in viſceribus pecudis immolati ſignaculū crucis corona circūdatū eidē oſtēſuz eſt. Qđ miniſtri vidētes timuerūt interꝑtātes crucis futurā vnitatē: victoriā ⁊ īterminabilitatē. Quos iulianꝰ ꝯfortās ait hoc eē ſignū xp̄ini dogmatis coercēdi nec vltra circulū dilatādi. Dū cōſtātinopoli in fortune iulianus ſacrificaret maris ep̄s calcedonie q̄ p̄ ſenectute lumē amiſerat ad eū accedēs ipſum impium ⁊ apoſtatā appellauit. cui iulianꝰ ait. Neqꝫ galileꝰ tuꝰ potuit te curare. Et ille. De hoc gratias ago deo meo. q̄ ideo lumine me priuauit ne te videā pietate nudatū. Iulianꝰ aūt nil aliud rn̄dēs abſceſſit. Apud anthiochiam vaſa ſancta ⁊ pallia colligens ⁊ in terra ꝓijciēs ſuꝑ ea ſedit ⁊ ignominiā addidit. Moxqꝫ in locis illis a deo eſt percuſſus vt inde vermes ſcaturirēt ⁊ carnes corroderēt a qua paſſione quouſqꝫ vixit liberari nō potuit. E. ¶ Iulianus qꝫ ꝓfectꝰ dū ad ꝓceptum imꝑatoris eccl̄iarū vaſa abſtuliſſet ſuꝑ ea mīgens ait. Ecce in qbus vaſis marie filio miniſtrat̄. Cui repēte os v̄ſum eſt in anū ⁊ egeſtionis organū eſt factum. Dū apoſtata

iuliane fortune tēplū intraret ⁊ miniſtri tēpli aqua vt
mūdarent̄ ingredientes aſpgerēt: valētinianꝰ aſpſionis
guttā vidit in clamide ⁊ indignatꝰ pugno ꝑcuſſit mini
ſtrū dicēs ſe maculatū potꝰ ꝙ purgatū. Qḋ vidēs im=
perator iuſſit eū in cuſtodiā redigi ⁊ ad eremū deſtina
ri. Erat em̄ xp̄ianus q̄ ꝓ mercede meruit poſtmodū ad
iperiū ſublimari. In odiū ꝗ̄ʒ xp̄ianoꝝ iulianꝰ tēplū iu=
deoꝝ iuſſit reparari ipſis iudeis ſumptꝰ largiſſime ſub=
miniſtrās: ſed cū maximā cemēti copiā ſubminiſtraſ=
ſent: ſubito vētꝰ maximꝰ veniēs totā diſpſit. Deide ter
remotꝰ maximꝰ eſt effectꝰ. Poſt modū ignis a funda=
mētis egrediēs plurimos cocremauit. Alia vero die ſi
gnū crucis in celo apparuit: ⁊ iudeorū veſtes nigro colo
re crucis ſignaculo ſunt implete. Cū ad pſas vadēs te=
ſiſontē veniſſet: ⁊ regē obſideret: rex ſue pṽie partē ob=
tulit ſi ab eo diſcederet. Ille aūt nullatenꝰ acqeuit: pu
tabat em̄ ſm̄ pitagore platoniſq; ſniam ex mutatione
corpoꝝ alexādri aīam poſſidere: aut potius eſſe in alio
corpe aliꝰ alexāder: ſʒ iaculū repēte diſcurrēs eius la=
teri eſt infixū: quo vulnere terminū vite ſuſcepit. Qui
vo intulit hactenꝰ ignorat̄: ſʒ aliq̄ quēdā iuiſibilē hoc
intuliſſe ferūt: aliq̄ vo vnū paſtorē iſmaelitarū: aliq̄ mi
litē fame ⁊ itinere fatigatū. Sʒ ſiue hō ſiue angelꝰ fue=
rit palā eſt: qꝛ diuinis iuſſi oībus miniſtrauit. Caliſtꝰ
aūt eius familiaris dicit eū a demone fuiſſe ꝑcuſſum.
Hec in hiſtoria tripartita. F. ¶ Tertio ꝓpter ipſiꝰ capi
tis iuētionē. Nā hac die vt aiūt caput eiꝰ repertū eſt. Si
cut em̄ dr̄ in lib. xj. hiſtorie eccleſiaſtice ioānes ī caſtello
arabie dicto macherōta fuit vinctꝰ ⁊ capite trūcatus.
Herodias aūt caput ioānis hierl'ʒ fecit deferre: ⁊ iuxta
herodis habitaculū caute ſepeliri timens ne ꝓpheta
reſurgeret ſi cū corpore caput ſepultū fuiſſet. Tpe vero
martiani pricipis: vt hr̄ in hyſto. ſcholaſti. q̄ cepit an
no dn̄i. cccliiij. ioānes caput ſuū duobus monachis qui
hieroſolymā venerāt reuelauit: q̄ ad palatiū qḋ hero=
dis fuerat ꝓperātes caput eiꝰ iuenerūt facci cilicinis
inuolutū veſtibꝰ eſtimo: quibus in deſerto fuerat obuo
lutus. Qui duʒ cum p̄dicto capite ad ꝓpria remearēt.
Quidā emiſſene ciuitatis figulus pauptatē fugiēs co
mitē ſe eiſdē exhibuit. Hic dū perā ſibi creditā cū ſacro
capite portaret admonitꝰ nocte a. ſ. ioāne ipſos fugiēs
emiſſenā vrbē cum ipſo capite eſt ingreſſus ibiq; ꝙdiu
vixit in quodā ſpecu ſanctū caput venerās ꝓſperitatē
nō modicā aſſecutꝰ eſt. Moriēs aūt illud ſorori ſue ſub
fide reuelauit: ⁊ ſm̄ eundē modum ſibijnuicē ſucceſſo
res. Poſt multū vero tp̄is ſctō marcello monacho ī eo
dem ſpecu degēti. b. ioānes caput ſuū hoc mō reuela=
uit. Videbat̄ em̄ ſibi dormiēti ꝙ multe turbe pſallētes
incederēt ac dicerēt. Ecce. ſ. ioannes baptiſta venit. De
ide vidit b. ioannē quē vnꝰ a dextris aliꝰ a ſiniſtris du
cebat. Oēſq; ad eū accedētes ab eo bn̄dicebāt. Ad quē
cū marcellꝰ acceſſiſſet ⁊ eiꝰ pedibꝰ ſe proſtrauiſſet ele=
uās eū ⁊ ꝑ mentū apprehendēs dedit ei oſculū pacis.
Tūc marcellus interrogauit eū dicēs. Dn̄e mi vnde ad
nos veniſti. Et ille. De ſebaſte veni. Cū igit̄ excitatus
fuiſſet ⁊ de hac viſiōe plurimū miraret̄: quadā alia no
cte cū dormiret quidā ad eū veniēs ipm̄ excitauit: ⁊ ec
ce dū excitatꝰ fuiſſet vidit ſtellā fulgētē in oſtio cellule
reſidere. Quā ſurgēs cū palpare vellet ſubito in aliaʒ
ꝑtē ſe trāſtulit. Ille aūt cepit abire poſt ſtellā quouſq;
ſtella ſtetit in loco vbi erat caput ioānis baptiſte: vbi fo
diēs reperit vrnā ⁊ in ea ſctm̄ theſaurū. Quidā autē
cū nō crederet manū ad idriā miſit: ſed ſtatim manus
exaruit ⁊ idrie adheſit. Orātibꝰ aūt ſocijs manū extra
xit: ſʒ iualida remāſit. Apparuit aūt eidē ioānes dicēs
Cū caput meū in eccl'ia deponet̄ idriā ꝯtinges ⁊ ſanita

tē recipies. Qḋ ⁊ fecit ⁊ ſanitatē integrā recepit. Hec
aūt cū marcellꝰ iuliano eiuſdē vrbis ep̄o indicaſſet ab
eis eſt eleuatū ⁊ in vrbē delatū. Ex quo tp̄e cepit in ea
dē vrbe decollatio ſctī ioānis celebrari ipſa die vt arbi
tramur: ſicut dr̄ ī hiſtoria ſcholaſtica quo caput eſt in=
uentū ſiue eleuatū. Qḋ poſtmodū cōſtātinopolim eſt
trāſlatū. G. ¶ Nā ſicut dr̄ ī hiſtoria tripartita cū valēs
impator iuſſiſſet ſacrū caput in vehiculo poni ⁊ ꝯſtāti=
nopolim trāſferri cū circa calcedoniā veniſſet vehicu=
lū nullatenus trahi poterat ꝙ̄tūcūq; boues ſtimulis
vrgerent̄. Ideoq; ipm̄ ibidē deponere ſunt coacti. Sed
cū poſtea theodoſius ipm̄ inde auferre vellet: ⁊ quādā
matronā virginē cuſtodie capitis deputatā reperiſſet
ibidē rogauit eā vt ſibi auferre dimitteret ſacrū caput
illa aūt ꝯſenſit credens ꝙ ſicut tpe valētis: ita ēt ⁊ nūc
nō ꝑmitteret ſe auferri. Tūc deuotꝰ imperator purpu=
ra caput amplectēs ꝯſtantinopolim trāſtulit ⁊ ibi pul
cherrimā eccleſiā edificauit. Hec ī hiſtoria tripartita.
Et inde gallias apud pictauiā regnāte pipino poſtmo=
dū eſt tranſlatū vbi eius meritis multi mortui ſunt re
ſuſcitati. Et ſicut punitꝰ eſt herodes q̄ ioannē decolla
uit: ⁊ iulianꝰ apoſtata q̄ eiꝰ oſſa cōbuſſit: ſic ⁊ herodias
punita eſt que puelle vt caput peteret ſuggeſſit ⁊ ipſa
puella q̄ hoc petijt. Quidā em̄ dicūt ꝙ herodias in exi
liū dānata nō eſt nec ibi defuncta: ſʒ cū caput ioānis
in manibꝰ teneret ⁊ eidē gaudēs plurimū inſultaret:
diuino nutu caput ipm̄ ī eiꝰ faciē inſufflauit: ⁊ illa ꝓti
nus expirauit. Hoc q̄dē vulgariter dr̄. Sed qḋ ſupꝰ di
ctū eſt ꝙ ī exilio cū herode miſerabiliter ꝯſumpta fue
rit: ſctī tradūt ī chronicis: ⁊ ſic tenēdū videt̄. Filia vo
eiꝰ cū ſup glaciem deambularet: ſub ea glacies reſolui
tur: ⁊ ipſa in aquis cōtinuo ſ̄focat̄. In chronica vero
quadam dicitur ꝙ terra ipſam viuā deglutiuit: qḋ pōt
intelligi ſicut de egyptijs ī mari rubro ſ̄focatis dr̄. De
uorauit eos terra. H. ¶ Quarto ꝓpter digiti ipſiꝰ trāſ
lationē ⁊ ecclie dedicationē. Digitꝰ em̄ ſuus quo dn̄m
oſtendit: vt fert̄ cōburi nō potuit. Unde ipſe digitus a
predictis monachis eſt repertus: quē poſtmodū vt hr̄
in hiſtoria ſcholaſtica ſctā tecla inter alpes attulit ⁊ in
eccl'ia ſctī maximi collocauit. Hoc etiam teſtat̄ ioānes
beleth dicens ꝙ predicta ſctā tecla ipm̄ digitū q̄ cōbu
ri nō potuit de vltra marinis partibus in normādiam
attulit: ⁊ ibi in honore ſctī ioānis eccleſiā fabricauit:
quā eccl'iaʒ (vt ibidē dixit) q̄dā hac die dedicatā fuiſſe
aſſerunt. Unde a dn̄o papa ſtatutū fuit vt hec dies per
totum mundū celebris haberet̄. Apud mauriennā vr=
bē gallie matrona quedā ioāni baptiſte valde deuota
deū inſtantius exorabat vt ſibi de reliquijs ſancti ioā=
nis aliq̄ aliquid donaretur. Cū aūt orādo nihil pro
cere ſe videret ſumpta de deo fiducia iuramēto ſe aſtri
xit ꝙ hactenus nō comederet donec qḋ petebat accipe
ret. Cū aūt diebus aliquibus ieiunaſſet: pollicē ſup al
tare miri cādoris vidit ⁊ donuʒ dei leta ſuſcepit. Tres
autem ep̄i illuc accurrētes cum quilibet de illo polli=
ce partem vellet accipere tres ſanguinis guttas ſtilla
re in lintheo ſuppoſito ſtupuerunt: ⁊ ſinguli ſingulas
ſe meruiſſe letati ſunt. Theodolina regina longobar
dorum modoene iuxta mediolanum nobilem eccleſiā
in honore ſancti ioānis baptiſte conſtruxit ⁊ ditauit.
Procedente tēpore vt teſtatur Paulus in hiſtoria lō
gobardoꝝ cōſtātinus qui ⁊ cōſtās imperator volēs ita
liā a longobardis eripere a quodā viro ſctō qui ſpiri=
tuʒ ꝓphetie habuit de exitu belli queſiuit. Qui nocte
orationi vacans mane rn̄dit. Joanni eccleſiam regina
conſtruxit: ⁊ ipſe pro lōgobardis continue intercedit
⁊ ideo ſupari nō poſſunt. Ueniet tamē tempus quo lo

cus ille deſpicietur: ⁊ tūc fugabunt. Qḋ tpe karoli fuit impletū. Uir quidā magne virtutis: vt ait Greg. ī dialogo noīe ſanctulꝰ cū quendā diaconū a longobardis captū in ſua cuſtodia tali cōditione recepiſſet vt ſi fugeret ipſe ꝓ eo capitalē ſniam ſubiret coegit ꝑdictꝰ ſanctulus ipſū diaconē vt fugeret ⁊ ſe liberaret. Quapropter ꝑdictꝰ ſanctulꝰ ad decollandū adducit: ⁊ ad hoc fortiſſimus ſpiculator eligit de quo dubiū nō erat quin vno ictu caput eiꝰ abſcideret. Extēſoq collo cum carnifex forti anniſu brachiū cū enſe in altū leuaſſet ille ꝓtinꝰ ait. Sctē ioānes ſuſcipe illū. Statimq brachiū ꝑcuſſoris irriguit ⁊ erecto in celo gladio inflexibile remāſit. Preſtitoq iuramēto q decetero nullū xpianū feriret vir dei pro eo orauit ⁊ brachium ſtatim depoſuit.

¶ De ſanctis Felice ⁊ adaucto. cxxj. A.



FElix pſbyter ⁊ frater ſuus ſimiliter noīe felix ⁊ preſbyter diocletiano et maximiano oblati ſunt. Quorū ſenior cū ad tēplum ſerapis vt ibidē ſacrificaret adductꝰ eſſet inſufflauit in faciē ſtatue ⁊ ꝓtinus cecidit Ductus ſilr ad ſtatuam mercurij pariter inſufflauit ⁊ protinus ſtatua cecidit. Ductus tertio ad ſimulacrū diane ſilr fecit. Tortus igit in eculeo. Ductus eſt quarto ad arborē ſacrilegam vt ibidē immolaret. Qui flexis genibus orauit ⁊ in arborē inſufflās eā a radice ſubuertit ⁊ ſimulacrū cū ara et tēplo arbore corruente cōtriuit. Qḋ cū ꝑfectus audiſſet: eū ibidē decollari ꝑcepit ⁊ corpꝰ eius lupis ⁊ canibus dereliquit. Tunc qdā in mediū repente ꝓſiliēs xpianū ſe libere cōfeſſus eſt. Ambo igit ſe inuicē oſculātes ibidē inſimul decollati ſunt xpiani xo eiꝰ nomē ignorātes eū adauctū vocauerūt: eo q ſctō felici auctꝰ ſit ad coronā martyrij. Quos cū xpiani in foueā quā arbor effecerat ſepeliſſent: pagani eos effodere volentes protinus a diabolo ſunt arrepti. Paſſi ſunt circa annos domini. cclxxxvij.

¶ De ſanctis Sauiniano ⁊ ſauina. cxxij. A.



SAuinianus ⁊ ſauina fuerūt filij ſauini viri nobiliſſimi ſed pagani q de priori vxore ſauinianū genuit de ſcda ſauinam filiā gnauit ⁊ ex noīe ſuo ambos vocauit. Legēs autem ſauinianus verſum illū. Aſperges me dñe ⁊c. quid hoc eſſet qrebat ſed intelligere nō valebat. Unde intrans in cubiculū in cinere ⁊ cilicio ꝓſtratꝰ iacebat dicēs ſe male mori q nō intelligere ſenſum verbi. Cui apparēs angelus dixit. Noli te vſq ad mortē affligere: qm inueniſti grām apud deū: ⁊ cū baptizatus fueris niue cādidior eris: ⁊ tūc intelliges qḋ nūc queris. Recedēte angelo letꝰ efficit: ⁊ idola decetero venerari cōtēnēs a patre plurimū obiurgat. Cū ergo pater ſepius ſibi diceret: melius eſt vt qr deos nō adoras tu ſolus moriaris q nos oēs ī morte tua inſimul inuoluamur latēter aufugit: ⁊ ad vrbē trecaſinā deuenit. Cūq ſup fluuiū ſecane veniſſet: ⁊ vt ibi ex eo baptizaret dñz exoraſſet ibidē baptizatꝰ eſt. Dixitq ei dñs. Nūc inueniſti qḋ tā diu qrēdo laboraſti. Statimq ī terra baculū fixit. Et facta oīone baculꝰ ille corā multis aſtātibꝰ frōdes ⁊ flores ꝓduxit: ita q. M.cviij. viri dño crediderūt. Impator aūt aurelianꝰ hoc audiēs milites ad eū capiēdū plures direxit. Qui cū orātē inueniētes ad eū accedere timuerūt. Impator aūt plures priorib mīſit. Qui veniētes cū eo orāte pariter orauerūt. Surgētesq dixerūt. Impator deſiderat te videre. Qui cū veniſſet ⁊ nollet ſacrificare manꝰ eiꝰ ⁊ pedes fecit ligari ⁊ vectibus ferreis cedi cui ſauinianꝰ dixit. Adauge tormēta ſi potes. Tunc iuſſit eū in media ciuitate ligari ſup ſcānū ⁊ ſuppoſitis lignis oleo ⁊ igne incēdio cōcremari. Rex aūt intuēs vidit eū in media flāma ſtātē pariter ⁊ orantē. Stupefactꝰ in faciē ſuā cecidit: ⁊ ſurgēs ei dixit. Fera mala nō tibi ſufficiūt aīe quas decepiſti: niſi ⁊ nos ꝑ magicā artē decipere moliaris. Cui ſauinianꝰ Adhuc multe aīe ⁊ tu ipſe ꝑ me ſunt dño credi ture. Cū aūt impator ex hoc nomē dñi blaſphemaſſet ī craſtinū iuſſit eū ad ſtipitē ligari ⁊ ſagittari. Sagitte aūt a dextris ⁊ ſiniſtris in aere ſuſpēdebant: nec aliqua eū leſit Altera die impator ad eū veniēs dixit ei. Et vbi ē deꝰ tuꝰ veniat nunc ⁊ de ſagittis iſtis te liberet. Statimq vna de iſtis ſagittis exiliēs regē in oculo ꝑcuſſit ⁊ penitus excecauit. Unde iratus iuſſit eū in carcere recipi ⁊ in craſtino decollari. Sauinianꝰ aūt orās vt ad locū vbi baptizatꝰ fuerat trāſferret cōfractis cathenis ⁊ apertis oſtijs ꝑ medios milites trāſiēs illuc venit. Qḋ audiens impator iuſſit eū illuc inſeqi ⁊ capite trūcari. Uidēs aūt ſauinianꝰ milites īſeqntes ſup aquā velut ſuꝑ petrā ambulauit: quouſq ad locū ſui baptiſmi ꝑuenit. Cū igit milites trāſuadaſſent ⁊ eū ꝑcutere formidarēt ait illis. Securi me ꝑcutite ⁊ de ſanguie meo ad impatorē veſtrū deferte vt lumē recipiat ⁊ dei virtutē agnoſcat. Percuſſus igit caput ſuū leuauit ⁊ paſſibus xlit. illud portauit. At impator cū de eiꝰ ſanguine oculū tetigiſſet cōtinuo ſanatus eſt dicēs vere bonꝰ ⁊ magnus eſt deꝰ xpianorū. Qḋ audiens qdā q annis. xl. lumen amiſerat ad locū portari ſe fecit: ⁊ facta oīone ꝓtinus lumen accepit. Paſſus eſt aūt circa annos dñi. cclxx. ix. kalē. februarij. Sed hoc tō inſerit vt hiſtorie ſororis ſue cuiꝰ feſtū hic ꝑcipue recolit: hec q hiſtoria cōiungat. B. ¶ Cū aūt igit ſoror eiꝰ ſauina fratrē ſuū quotidie fleret: ⁊ ꝓ eo idolis ſupplicaret tādē ſibi dormienti apparuit angelus dicēs. Sauina noli flere ſed quecūq habes derelinque: ⁊ inuenies fratrē tuū in honore maxio cōſtitutū. Que euigilās collactanee ſue dixit. Amica mea aliqd ne ſenſiſti? Et illa etiā dña. Nā video hoīem tecū loquētē: ſed neſcio quidem quid dicērēt. Nō me inqt accuſabis. Et illa. Abſit domina. Quecūq vis facias: tn nō te occidas. Sicq in craſtino ambe receſſerunt. Cum ergo pater diu feciſſet eam inquiri ⁊ non inueniſſet eleuatis ad celum manibus ait. Si tu es deus potens in celo idola mea cōminue que natos meos ſaluare nō potuerunt. Tūc dñs intonans oīa cōminuit ⁊ cōfregit. Qḋ multi videntes crediderūt. Uerū beata ſauina romā veniens ab euſebio papa baptizat: ⁊ duos cecos duoſq cōtractos ſanans quinq annis ibidē ꝑmāſit. Cui dormiēti apparēs angelꝰ dixit. Sauina qd eſt qḋ facis vt tuas diuitias deſerens nūc ī delitijs hic epuleris. Surge ⁊ vade in cretas ciuitatē ⁊ fratrem tuum ibidē inuenies. Dixit ergo famule ſue. Nō oportet nos hic amplius habitare. Et illa: domina quo vis ire ecce oēs valde te diligunt ⁊ tu peregre mori cupis. Et illa. Deus nobis ꝓuidebit Et accipiens panem ordeaceum in vrbem rauennam deuenit. Ueniensq ad domum cuiuſdā diuitis cuius filia quaſi mortua plangebatur: ſe ibidem a famula hoſpitio recipi poſtulabat. Que ait. Domina mea quo modo hic hoſpitare vales cum filia domine mee moriatur. ⁊ omnes ſe grauiter affligant. Non propter me inquit morietur. Intrans igitur domum manū puelle apprehendit: ⁊ ſanam ipſam erexit. Et cum vellent eam retinere nullatenus acquieuit. Cum ergo iuxta

cretas ad miliare veniſſet: dixit famule ſue vt parū re
pauſarent. Et ecce vir quidā nobilis noīe liceri⁹ de ci
uitate veniēs dixit eis. Vñ eſtis? Cui ſauina: Hic ſum
de iſta ciuitate. Et ille cur mētiris cū loquela tua indi
cat te eſſe peregrinā. Et illa. Dñe vere peregrina ſum:
ꝛ fratrē meū ſauinianū diu perditū q̄ro. Qui ait. Uir
ille quē queris ante paululū pro xp̄o decollatus eſt: ꝛ
in tali loco ſepult⁹. Tūc ſe ꝓſternes in orōne ait. Dñe
qui me ſemꝑ in caſtitate ſeruaſti non ꝑmittas me am-
plius duris itineribus fatigari/aut corp⁹ meū vlteri⁹
de loco iſto moueri. Cōmendo tibi famulā meā que ꝓ-
pter me tāta ſuſtinuit: fratrēq̄ȝ meū quē hic videre nō
potui fac vt in regno tuo videre merear. Finita orōne
migrauit ad dñm. Quod videns ei⁹ famula cepit flere: q̄r
ad ſepeliēdū neceſſaria nō habebat. Predictus aūt vir
preconē per ciuitatē miſit vt hoīes ad ſepeliendū mu-
lierē peregrinam venirent. Qui veniētes honorifice
eā ſepelierunt. Hac quoq̄ȝ die fit feſtū ſancte ſabine q̄
fuit vxor valentini militis que cum nolet ſacrificare
ſub Adriano imperatore decollata eſt.

De ſancto Lupo. cxxiij. A.



Lupus apud aurelianū ex gñe
regali ortus dū cūctis ꝟtutib⁹
enitcret ſenoñ. archiep̄s eſt electus
Qui cū oīa fere paupib⁹ erogaret: ꝛ
quadā die plurimos ad cōuiuia iui-
taſſet: cū vinū ad medīū nō haberet
ſic rñdit miniſtro. Credo ꝙ deus qui
volatilia paſcit nr̄am ꝑficiet charita
tē. Et ſtatim nūcius affuit q̄ centū vi
ni modios adeſſe: ꝓ foribus nūciauit.
Cū oēs de curia ſibi vehementer de
traherēt ꝙ ꝟginē dei famulā ꝛ filiā ꝑdeceſſoris ſui ni
mis īmoderate amaret corā detrahētib⁹ ipſam ꝟginē
apprehēdēs oſculat⁹ eſt eā dicēs. Nihil nocēt hoī ꝟba
aliena quē ꝓpria nō maculat ꝯſciētia. Q̄r enī ipſaȝ deū
amare ardēter cognouerat eā mēte puriſſima dilige-
bat. Cū rex frācoꝝ clotari⁹ burgūdiā intrans ſeneſcal
lū ſuū ꝯ ſenones direxiſſet ꝛ ciuitatē obſideret ſctūs lu
pus eccl̄iaȝ ſcti ſtephani ingreſſus cāpanā pulſare ce-
pit. Quā hoſtes audiētes tantus eos terror inuaſit vt
niſi fugerent mortē ſe euadere nō putarēt. Tādē obtē
to regno burgūdie cū rex aliū ſeneſcallū ſenonē miſiſ
ſet: ꝛ btūs lupus ei cū munerib⁹ nō occurriſſet īdigna
tus nimis adeo eū apud regē infamauit vt rex btm̄ lu
pū in exiliū deſtinaret. Qui ibi ī doctrina ꝛ miraculis
valde emicuit. Interea ſenonici quēdā epm̄ q̄ locū ſcti
lupi inuaſerat: occidētes vt ſctūs lupus de exilio redi
ret a rege impetrauerūt. Quē rex vidēs exilio tabefa-
ctū ita diuinitus eſt mutatus vt corā illo ꝓſtratus ve
niā peteret: multiſq̄ȝ auctū munerib⁹ ſue reſtituit ciui
tati. Qui dū ꝑ pariſi⁹ remearet ei multa incarceratoꝝ
turba apertis oſtijs ſolutiſq̄ȝ vinculis obuiauit. Quadā
die dñica dū miſſam celebraret lapſa eſt celitus gēma
in ei⁹ ſcrō calice quā rex inter ſuas reliq̄as collocauit.
Rex clotari⁹ audiēs ꝙ campana ſcti ſtephani ī ſomno
mirā haberet dulcedinē miſit vt pariſi⁹ deferret vt ab
ipſo ſepi⁹ audiret. Sȝ cū hoc ſcrō lupo diſplicuiſſet mox
vt de vrbe ſenonica delata eſt ſoni ſui dulcedinē perdi
dit. Quod rex audiēs ſtatim reſtitui eā iuſſit: ſtatimq̄ȝ ſo
no reddito inſonuit ſeptimo ad vrbe miliario. Itaq̄ȝ
ſctūs lup⁹ obuiā ꝑrexit ꝛ ꝙ dolēs ꝑdiderat cū honore
recepit. Nocte quadā cū oraret inſtinctu diaboli vehe
mēter ſitiēs iuſſit ſibi aquā frigidam deportari. Doloſ
aūt ītelligēs inimici puluinar ſuū ſuꝑ vas poſuit ꝛ ibi
diabolū int⁹ incluſit: q̄ tota nocte vociferādo vlulare
cepit. Facto aūt mane q̄ ꝟclā tentare venerat in die
cōfuſus abſceſſit. Quadā aūt vice dū more ſolito ciui-
tatis eccleſias circuiſſet: rediens domū audit clericos
ſuos rixātes: eoq̄ȝ cū mulieribus fornicari vellēt. Qui
eccleſiā intrās ꝓ eis orauit: ꝛ mox ab eis oīs ſtimulus
tentatiōis abſceſſit: veniēteſq̄ȝ ad illū veniā poſtulaue
rūt. Tādē multis clarus ꝟtutib⁹ in pace quieuit. Cla
ruit circa annos dñi. dcx. tꝑe eraclij.

De ſancto Mamertino. cxxiiij. A.




Mamertin⁹ primo paganus cū
idola quadā vice coleret vnū
oculū ꝑdidit ꝛ vni⁹ man⁹ ariditatem
īcurrit. Qui dū ſe deos offendiſſe pu
taret: ꝛ ad templū ad adorandū idola
ꝑgeret: obuiabat ei vir quidā religio
ſus noīe ſauin⁹ q̄ eū vñ tāta ſibi ac-
ciderit infirmitas requiſiuit. Qui ait.
Deos meos offendi: ꝛ ideo eos orare
vado: vt q̄ mihi abſtulerūt irati: red-
dāt ꝓpitij. Qui ait. Erras frater erras ſi
demones deos putes: ſȝ vade ad ſctm̄ germanū altiſſio
dorēſ. epm̄: ꝛ ſi ei⁹ ꝯſilio acq̄eueris ꝯtinuo ſanus eris.
Qui ſtatī iter arripiēs venit ad ſepulcrū ſcti amatoris
epi ꝛ plurimoꝝ epoꝝ ſctoꝝ. Seceſſitq̄ȝ ꝓpter pluuiam
nocte illa ad quādā cellulā ſuꝑ tūba ſcti ꝯcordiani col
locatā. Cū aūt obdormiſſet apparuit ei viſio q̄dā mira
bilis ꝙ q̄dā ſctūs vir venit ad oſtiū cellule: vocauitq̄ȝ
ſctm̄ ꝯcordianū vt veniret ad feſtū ꝙ ſctūs peregrin⁹
ꝛ ſctūs amator cū alijs epis faciebāt. Cui ille de tumu
lo rñdit. Nō poſſū mō venire/q̄r hoſpitē quēdā mecū
cuſtodire opꝫ: ne a ſerpētib⁹ q̄ hic habitāt occidat. Abiēs
ille q̄ audierat nūciauit: reuerſuſq̄ȝ ait. Scte ꝯcordia-
ne veni: ꝛ aduc tecū viuianū ſubdiaconē ꝛ iouianū aco
litū vt offm̄ ſuū faciāt. Alexāder aūt hoſpitē tuū cuſto
diat. Uiſumq̄ȝ eſt igit̄ mamertino ꝙ ſctūs cōcordian⁹
apphēſa manu duceret eū ſecū. Cūq̄ȝ ad eos veniſſet di
xit ei ſctūs amator. Quis ē iſte q̄ tecū īgreſſ⁹ eſt. Qui
ait hoſpes me⁹ eſt. Et ille. Expelle eū/q̄r pollut⁹ eſt: et
nobiſcū nō pōt eſſe. Qui cū expelleret ꝓſtrat⁹ corā eo
ſcti amatoris grām īpetrauit. Qui iuſſit eū vt ad ſctm̄
germanū ꝑgere feſtinaret. Euigilans igit̄ ad ſctm̄ ger-
manū venit: ꝛ corā eo ꝓſtrat⁹ veniā poſtulabat. Qui cū
ea q̄ ſibi ꝯtigerāt enarraret ꝑrexerūt ambo ad tūbā ſcti
ꝯcordiani: ꝛ remoto lapide viderūt plures ſerpētes q̄
x. pedū lōgitudinē excedebāt. Cūq̄ȝ oēs diffugerēt bea
tus german⁹ eis īpauit vt ad talē locū ꝑgāt vbi dece-
tero nemini ꝑſumāt nocere. Sicq̄ȝ mamertin⁹ baptiza
tus eſt ꝛ ſanat⁹: factuſq̄ȝ monachus monaſterij ſcti ger
mani vbi poſt ſctm̄ allodiū fact⁹ fuit abbas. B. ¶ Hui⁹
tꝑe in ei⁹ mōaſterio abbas ſctūs marin⁹ extitit cuius
obediētiā ſctūs mamertinus ꝓbare volēs vilī⁹ officiū
monaſterij ei ꝯmiſit paſtorē/ſcȝ eū faciēs bubaloꝝ. Cū
igit̄ in ſilua quadā boues ꝛ vacas libenter cuſtodiret
tāta ſctītate pollebat q̄d ēt aues ſilueſtres ad ſe venie
tes manu ꝓpria nutriebat. Nā ꝛ aprū q̄ ad cellā ei⁹ ꝯfu
gerat a canib⁹ eripuit ꝛ abire fecit. Latrones q̄dā cum
eū expoliaſſent ꝛ veſtē ei⁹ ſecū ferētes abirēt ſolum ei
palliolū dimiſerāt. Qui ſtatim p⁹ eos clamauit dicēs: re
uertimini dñi mei: ecce denariū colligatū ī medio pal
lio inuenī q̄ vobis forſitā neceſſari⁹ erit. Qui ꝓtin⁹ re
uertētes palliolū cū denario abſtulerūt: ꝛ nudū penit⁹
dimiſerāt. Sȝ cū feſtināter ad ſuas latebras ꝓperarēt
tota nocte euītes in ipſo crepuſculo ad ei⁹ cellulā ſunt
reꝑti. Quos ille ſalutans in cellā ſuā benigne recepit: ꝛ
pedeſq̄ȝ eoꝝ lauans neceſſaria quātū potuit miniſtra-
uit. Qui ſtupefacti de eo q̄d fecerāt doluerunt ꝛ veniā

diceꝗ eoꝝ ad fidē ꝯuerſus eſt. Quadā vice cū qdā iuniores monachi ſecū manētes vidiſſe cuidā q ouibꝰ inſidiatos tetēdiſſent illa in laqos nocte irruēs capta tenebat. Qd ſciēs mamertinꝰ ꝑſciēs de lecto ſurrexit ⁊ cū lucniēs dixit illi: qd facis o miſera. Fuge cito ne capiaris. Eāqꝫ diſſoluēs dimiſit. Verū cū mortuꝰ fuiſſet corpꝰ eius antiſiodorū deportarēt ⁊ cū fuiſſent in quadā villa nullo mō illud inde mouere potuerūt q̄ ad vſqꝫ quidā incarceratꝰ ſubito fractis vinculis liber exiliēs venit ad corpꝰ: ⁊ cū alijs vſqꝫ ad vrbem portauit. Ubi in eccleſia ſancti germani honorifice eſt ſepultus.

De ſancto Egidio. cxxv. A.

Egidiꝰ dr̄ ab e qd eſt ſine ⁊ geos qd eſt terra ⁊ dyā qd eſt clarꝰ ſiue diuinū: ipſe nāqꝫ fuit ſine terra per terrenorū deſpectionē clarꝰ ꝑ ſciētie illuſtrationē: diuinus ꝑ amorē qui aſſimilat amātem amato.



Egidius athenis ex regia ſtirpe ꝓgenitꝰ ⁊ ſacris lr̄is ab infantia eruditꝰ: dū quadā die ad eccleſiā pergeret cuidam egro in platea iacēti ac eleemoſynā petēti tunicā ſuā tribuit qua indutꝰ ſanitatēītegrā mox recepit poſt hoc parētibꝰ ſuis ī dño quieſcētibꝰ pr̄imonij ſui xp̄m fecit heredem. Quadā vice dū ab eccleſia rediret qdā vir a ſerpēte ꝑcuſſus eidē obuiꝰ extitit. Sed orōne fuſa egidius ꝓtinus virus fugauit. Quēdā demoniacū in eccleſia cū ceteris exiſtētē ⁊ fideles clamoribꝰ ſuis turbantē egidius demone fugato ſanauit. Uer humani fauoris formidans periculū clam litꝰ maris petijt ⁊ nautas quoſdā in mari periclitātes circūſpexit: ⁊ facta orōne tēpeſtatem oēm ſedauit. Applicātibꝰ aūt nautis audito q romā tēderet gratias eiꝰ meritis egerūt ⁊ q cū ſecū gratis veherēt ꝓmiſerūt. Cū igit̄ arelatē veniſſet ⁊ biēnio cū ſancto Ceſareo eiuſdē ciuitatis ep̄o manſiſſet ⁊ ibidē quēdam triēnio febricitantē curaſſet eremū cupiens clā diſceſſit: ⁊ cum Ueredonio eremita ſcītate ꝯſpicuo diu manſit vbi ſterilitatē terre meritis ſuis fugauit. Sed dū vbiqꝫ miraculis coruſcaret humane laudis timēs periculū relicto eo interiorē eremū penetrauit vbi quoddā antrū ⁊ quēdā fonticulū reperiēs: quādā nihilominꝰ diuinitus ceruā ꝑparatā ibidē habuit ī nutricē q certis horis lactis alimoniā ſibi ꝑbebat. Sed cū ibidē regis pueri venarentur: ꝑdictā videntes ceruā ceteris feris cōtēptis hāc canibꝰ inſequunt̄. A qbus dū vehemēter vrgeret̄ ad pedes ſui ꝯfugit alūni. Ille vero admirans cur ꝑter ſolitū ſic mugiret exiēs ⁊ venatores audiens dn̄m exorauit: vt quā ſibi tribuerat nutricē ſeruaret. Canū aūt nullꝰ intra lapidis iactū appropinquare auſus eſt: ſꝫ cū nimio vlulatu ad venatores reuertebant̄. Nocte igit̄ ſupueniente domū redeūt ⁊ ſequēti die illuc reuertētes caſſo labore domū iterū redierunt. Qd cū rex audiſſet rē vt erat ſuſpicatꝰ cū ep̄o ⁊ multitudine venatoꝝ illuc ꝓperauit. Sed cū canes vt priꝰ accedere nō ꝑſumerēt: ſꝫ oēs vlulādo redirēt locū vepriū deſitate inacceſſibilē in girū circūdederūt. Unus aūt incaute ſagittā dirigens: vt inde ceruā expelleret viro dei ꝓ cerua orāti graue vulnꝰ inflixit. Sed milites ſemitā ferro aperiētes ad ipſiꝰ deuenerūt ſpelūcā. Et vidētes ſenē habitu monachali veſtitum canicie autē ⁊ etate venerabilē: ceruā quoqꝫ ad eius genua ꝓuolutā ſolꝰ ep̄s ⁊ rex cū pedites adierūt: ceteris retro ſtare iuſſis: ⁊ interrogauerūt eū qs eſſet vel vn̄ veniſſet: aut cur tam denſam eremi vaſtitatē petiſſet: ſeu qs eū vulnerari tā grauiter ꝑſumpſiſſet. Quibꝰ cū ad ſingula rn̄diſſet: ⁊ illi ab eo veniam humiliter poſtulaſſent medicos ſanādo vulneri ſpopōderūt: ⁊ multa donaria obtulerūt. Sed ipſe nec medicinā adhibere voluit ⁊ munera ꝯtēnēs ad ipſa etiā nō reſpexit: qn potius ſciēs virtutē in infirmitate ꝑfici: dn̄m exorauit ne q̄diu viueret ſanitati priſtine redderet̄: ſꝫ cū rex eū frequēter viſitaret ⁊ pabulū ſalutis ab eo reciperet: īmenſas diuitias obtulit: ſꝫ eas ille recipere recuſauit: admonēs vt inde monaſteriū ꝯſtrueret vbi monaſtici ordinis diſciplina vigeret. Qd cū rex feciſſet victus egidiꝰ lachrymis ⁊ ꝑcibus regis poſtq̄ plurimū renuiſſet illiꝰ monaſterij curā ſuſcepit. B. Huiꝰ ſcī famā rex Karolꝰ vt audiuit eiꝰ īpetrato aduētu reuerēter eū ſuſcepit. Inter cetera ſalutis colloqa rex eū rogauit vt ꝓ eo dignaret̄ orare: qz quoddā facinꝰ enorme ꝯmiſerat qd nulli vnq̄ nec ipſi ſcō ꝯfiteri auderet. Sequēti igit̄ dn̄ica dū egidiꝰ celebrans ꝓ rege oraret: angelꝰ dn̄i eidē apparēs cedulā ſup altare poſuit in q ſcriptū erat ꝑ ordinē regis petm̄ egidij ꝑcibus dimiſſum: ſi tn̄ penitēs ⁊ cōfitens ab illo deinceps abſtineret. Adiunctūqꝫ erat in fine vt quiſqꝫ ſcm̄ egidiū ꝓ quocūqꝫ cōmiſſo inuocaret: ſi tn̄ ab illo deſiſteret vt eius meritis ſibi remiſſum nō dubitaret. Oblata igit̄ regi cedula pctō ſuo rex agnito veniā humiliter poſtulauit. Egidiꝰ aūt cū honore rediēs apud neumaſenſem vrbē filiū principis q tunc obierat ſuſcitauit. Poſt aliquātulū vero tp̄s ꝑnūciās mōaſteriū ſuū nō longe ab hoſtibꝰ euertēdū romā adijt: ⁊ priuilegiū eccl̄ie ſue duoqꝫ oſtia cypreſſina ī qbꝰ ſculpte erāt imagines aplōꝝ a papa impetrās dimittēſqꝫ ea ī tyberim diuino regimini cōmēdauit: ⁊ ad monaſteriū rediens cuidā ꝯtracto apud tyberonē greſſū reſtituit. Cūqꝫ ad monaſteriū rediſſet predicta oſtia in portu inuenit: et grās agēs deo q īter tot maris ꝑicula illeſa ſeruaſſet ea in liminibꝰ eccl̄ie ſue ad decꝰ eccl̄ie et monimētū pacti romane ſedis erexit. Tandē dn̄s diem ſui obitꝰ imminere ſibi per ſpm̄ reuelauit. Qd ille fratribꝰ indicās ⁊ ꝓ ſe orare ſuadēs ī dn̄o feliciter obdormiuit: vbi chorus angeloꝝ eius aīam in celū ferentiū plurimi ſe audiuiſſe teſtati ſunt. Claruit circa annum domini. lxx.

De natiuitate beate Marie virginis. cxxvj. A.



Natiuitas glorioſe virginis Marie ex tribu iuda ⁊ regia ſtirpe Dauid duxit originē. Mat. aūt ⁊ Lu. non gn̄ationē marie: ſed ioſeph deſcripſerunt: qui tn̄ a cōceptiōe xp̄i penitꝰ alienus fuit: qz ꝯſuetudo ſcripture dr̄ fuiſſe vt nō mulierū: ſed viroꝝ gn̄ationis ſeries texeret̄. Veriſſime tn̄ virgo btā ex ꝓgenie Dauid deſcēdit. Qd ꝑcipue patꝫ ex hoc: qm̄ vt ſepe ſcriptura teſtat̄ xp̄s de ſemine Dauid duxit originem. Cū igit̄ xp̄s de ſola virgine natꝰ ſit manifeſtū eſt ⁊ ipſā virginē ex Dauid natā eē: ⁊ hoc ex cathena nathā dauid em̄ inter ceteros habuit duos filios. ſ. nathā ⁊ ſalomonē. Ex cathena igit̄ nathā filij dauid vt teſtat̄ Joā. damaſce. leui genuit melchi ⁊ pāthar. pāthar genuit barpāthar. barpāthar genuit ioachin. virginē mariā. Ex cathena igit̄ ſalomonis mathā habuit vxorem ex qua genuit iacob. Defūcto aūt mathā melchi ex tribu nathā q filius qdē leui frater autē pātheris nupſit vxori mathā mr̄i aūt iacob: ⁊ genuit ex ea hely. Facti ſunt autē frēs vterini iacob ⁊ hely: iacob qdē ex tribu ſalomōis hely de tribu nathā. Defunctus eſt āt hely ex tribu nathā ſine liberꝭ: ⁊ accepit Jacob frater eiꝰ q ex tribu ſalomonis vxorē eiꝰ ⁊ ſuſcitauit ſemē fratris ſui ⁊ genuit Ioſeph: ioſeph igit̄ natura eſt filiꝰ iacob ex deſcenſione

ſalomonis: ſm legē aūt hely q̄ ex nathā. Nā filius q̄ na
ſcebat̄ ſm naturā erat q̄dā generātis: ſm autē legē de-
functi. Hec damaſcen⁹. Sicut aūt in eccleſiaſtica hiſto-
ria dr̄ ⁊ Beda ī ſua chronica teſtat̄: cū oēs ḡnatiōes he
breoꝝ ⁊ alienigenaꝝ ī archiuis tēpli diſcretiorib⁹ ſua
rent̄: herodes oēs iuſſit icēdi: exiſtimās ſe nobilē poſ-
ſe videri ſi deficiētib⁹ ꝓbamētis ꝓgenies ſua ad iſrael
ꝑtinere crederet̄. Fuerunt tñ q̄daꝫ dicti dn̄ici ſic dicti
ob ꝓpinq̄tatē xp̄i q̄ ⁊ nazarei fuerūt q̄ ordinē ḡnatio-
nis xp̄i partim vt a pauis didicerāt vt partim a q̄buſ-
dā libris habuerāt quos domi habebāt quātū poterāt
ꝑdocebāt. B. ¶ Joachim aūt accepit vxorē noīe annā q̄
habuit ſororē noīe hiſmeriā. Hec aūt hiſmeria genuit
elizabeth ⁊ eliud: elizabeth ioānē baptiſtam. De eliud
natus eſt eminē: de emine nat⁹ eſt. ſ. ſeruati⁹: cui⁹ cor-
pus eſt in oppido traiecti ſup fluuium moſam in ep̄atu
leodienſi. Anna aūt tres viros habuiſſe dr̄. ſ. ioachim
cleophā ⁊ ſalome. De p̄mo aūt viro. ſ. ioachī genuit vnā
cepit fundare hoſpitales: domos pauperū: religioſorū
edificare monaſteria: clauſtra: dormitoria: eccleſias: lo
ca ⁊ alia edificia opportūa. Cecis ⁊ benignis filiabus
dei fere in omni ciuitate regni cū certis elemoſynis
de locis ⁊ domibus ſibi competētibus prouidit. Plu=
ra etiā monaſteria diuerſorum ordinum ab ipſo funda
ta ⁊ ex toto magnis dotauit reditibus. Inter que ab=
batiam regalis montis ciſtercienſis ordinis magnifi
ce fundauit ⁊ dotauit. In qua ſemel quod mirabile eſt
dictu cuidā monacho leproſo in quodam prandio fle=
xis genibus cibū ⁊ potum in os eius īmittendo humi=
liter miniſtrauit: abbate ⁊ qui aderant in lachrymas
prorūpentibus ac pre horrore vix videre valentibus.
Precipua etiam deuotione ſanctas venerabatur reli
quias ⁊ dei cultū ⁊ honorē ſctōrū iugiter augmentabat.
Pariſius ſiquidē in regali palatio capellā ſpecioſiſſi=
mā conſtruxit: in qua ſacroſanctā coronam domini ſpi
neā ⁊ maximā partē ſctē crucis ferrūq̄ lāceē qḋ latus
aperuit ſaluatoris cū pluribus alijs reliquijs digniſſi
me collocauit: quas a conſtātinopolitano imperatore
receperat: cū īmēſis laboribus ⁊ expenſis. Opprobria
vero fidei chriſtiane audire nō poterat: ſed zelando ze
lū dei grauiter puniebat. Unde quēdā ciuē pariſiēſem
qui turpiter iurando xp̄m blaſphemauerat in peccati
penā ⁊ aliorū terrorē ferro candenti in labijs ſuis cau
terizari precepit dicēs. Vellem quod dixero in labijs
meis talē indecētiam ſuſtinere dūmodo hoc peſſimuꝫ
iurationis vitium de regno noſtro penitus tolleretur.
Similiter ſarracenis petētibus in pactione de ſoluē=
da pecunia pro ſe ⁊ ſuis addere q̄ fidem xp̄i negaret ſi
pactum nō teneret facere cōſtāter denegauit. Et pſua=
dentibus qui aderāt q̄ hoc ſine pctō facere poſſet: re=
ſpōdit. Tantū horreo verbū de negāda fide etiam ſub
cōditione audire q̄ nō poſſem illud exprimere ſono vo
cis. Ibidē etiā quendā nobilē ſarracenū q̄ recenter ſol
danum occiderat facere militē recuſauit dicens: q̄ nec
ꝓ morte nec ꝓ vita infidelē quē q̄ inſigniret baltheo
militari. In tāta etiā veneratione habebat ſignaculuꝫ
ſancte crucis: q̄ deſuper calcare nolebat: ⁊ a pluribus
religioſis exegit vt in clauſtris eorū ⁊ tūbis cruces nō
inſculperētur ⁊ inſculpte penitus raderentur. In regi
mine vero ita prudenter ſe gerebat q̄ abſq̄ perſonarū
acceptione iuſtitiam reddebat vnicuiq̄. Timens vero
ne cauſe pauperum vix ingrederentur ad iudices bis
in hebdomada ad audiendū conquerentes in loco pa=
tenti ſe ponebat ⁊ eos celeriter quantum poterat expe
diri faciebat. Et quando negotium fidei per prelatos
ſeu inquiſitores deferebatur ad eum: omnibus alijs
poſtpoſitis faciebat q̄ citius expediri. Duella vero tā
q̄ a iure prohibita cuiuſq̄ inſtantia non admittebat
ſed per aliam viam iuri conſonam etiam magnatum
maleficia puniebat. Statuit inſuper ad abolendū vſu=
ras vt obligatos iudeis aut alijs publicis vſurarijs nul
lus iudex compelleret ad ſoluendum. Et quia pacem
operatur iuſtitia dedit ſibi deus pacē ⁊ regno tranquil
litatē. Tandem poſt multorum annorum ſpacia audiens
deſolationē terre ſancte ⁊ mala chriſtiane gētis ferre
nō valens: cū filijs ſuis ac regni comitibus ⁊ magnati
bus ſecundo tranſfretare diſpoſuit: in qua tranſfreta=
tione diem ſuum vltimuꝫ appropinquare vidēs: filios
ſuos admonebat vt pro eccleſia dei ⁊ defenſione terre
ſancte vt ipſe faciebat oī virtute niſiſterent. Currente
igitur nauigio verſus tunicum ⁊ exercitu ſuo libere ca
piente portum in aphrica carthaginis caſtrū ⁊ adiacē
tem regionem vi armorum ceperunt. Deinde inter car
thaginē ⁊ tunicū fixerant tentoria ibi aliquādiu mo=
raturi. Illic ergo btūs Ludouicus poſt tot laudabilia
virtutum opera poſt tot laborioſos agones quos pro
fide chriſti indefeſſo animo tolerauerat diſponēte deo
qui labores ſuos voluit feliciter cōſummare ⁊ laboruꝫ
suorū fructuꝫ retribuere: lecto decubuit febri ꝯtinua
valde fatigatus. Inualeſcente igitur morbo ſaniente
integro aſpectu atq̄ auditu orās ac ſanctos inuocans
deuote ſuſcepit oīa eccleſiaſtica ſacramēta. Demum ad
extremam horam veniens. ⁊ ſuper ſtratum cinereū re=
cumbēs verba proferens vltima parte. In manꝰ tuas
domine cōmendo ſpiritum meū. Anno dñi. M.cclxx.
hora nona feliciter migrauit ad xp̄m. Corpꝰ vero illiꝰ
delatū fuit ad ſepulcrū patrū ſuorū apud ſanctum dio
nyſium in francia vbi ⁊ etiā alibi in diuerſis mūdi par=
tibus crebris coruſcat miraculis. In die ſepulture eiꝰ
quedam mulier ſagienſis dioceſis viſum quem prius
perdiderat recuperauit omnino meritis ⁊ precibus pij
regis. Quidam iuuenis de burgūdia ſurdus ⁊ mutus
a natiuitate cū alijs veniens ad ſepulcrum eius prout
videbat alios facere nutibus exterioribus ſancti ſuf=
fragiū implorabat. Et cum ibi aliquādiu permanſiſſet
aperte ſunt aures eius ⁊ ſolutum vinculum lingue eiꝰ.
Et qui nūq̄ gallicum audierat pure gallicū loq̄batur.
Et cū audiuit primo campanas pulſari maximo terro
re perterritꝰ putabat totam eccleſiam ſuper ſe ruituram.
Anno quo btūs ludouicus fuit aſcriptꝰ ſctōꝝ cathalo
go in diuerſis partibus ad inuocationē ipſiꝰ multa cō=
tigerūt miracula. Ebroicis namq̄ puerum quendā ꝓ=
pe quoddam molendinū ſubmerſum parentes multis
ſanctorum ſuffragijs cōmendauerūt. Uerum omnipo
tenti deo miſericorditer diſponente mirificare ſanctū
ſuū vox intonuit vt puer predictus beato ludouico de=
uoueret quo ſtatim ad eccleſiam fratrum predicatorū
nuper in honorē bti ludouici fundatā cū ſolitis obla
tionibus delato confeſtim viuus apparuit.

¶ De interpretatione nominis.

Thomas interpretatur abyſſus vel gemi=
nus vel diuiſus vel ſignatus ſiue conſum=
matus. Fuit ſiquidem hic ſanctus doctor
thomas velut abyſſus ꝓfundiſſima. Sciē
tia enim et ſapientia profundiſſimus exti
tit. Ideoq̄ non immerito aquinus ex noīe
patrio dictus eſt: quoniam doctrine celeſtis aquas na
ctus eſt abundantiſſimas propter quod illud. Eccl. xv.
ſcriptum de eo dici poteſt. Aqua ſapientie ſalutaris
potauit illum deus. Et Apocal. xxij. Oſtēdit angelus
fluuiū aque viue ſplendidū tan q̄ criſtallū procedens
de ſede dei ⁊ agni. Et prouerb. xx. aqua profunda con=
ſilium in corde viri. Aut certe aquinꝰ ex eo dici poteſt

q ex aquis mūdane vanitatis ꝛ ꝓprie natiuitatis eductus: ꝑ religioſam vitā reſtitut⁹ eſt matri eccleſie moyſi figura. Fuit etiā gemin⁹ deuotionis decore ꝛ intelligētie claritate. inſuꝑ diuiſus fuit a mūdanis cupiditatibus ꝛ pōpis ꝛ religiōis vitam acerrimā ducens denicꝫ fuit ſignat⁹ aut cōſummatus oīm virtutū ſplēdore: quapropter bene eſt nuncupatus thomas quod poteſt interpretari quaſi thau meū.i.ſignum meū vel conſummatio mea. Deus eñi tantis eū illuſtrauit atcꝫ ꝑfudit grē donis vt verū dei ſignū, atcꝫ conſummatio.i. perfecta dei operatio eſſet. Cuius hiſtoriā ꝛ vitam quidam epiſcopus lodonēſis cōſcripſit. Feſtiuitas autē ei⁹ celebraꝛ nonis martij qua die migrauit ex hoc mūdo ad perpetuam gloriam.

¶ De ſancto thoma de aquino. clxxxij. B.



Thomas de aquino ordinis predicatorum doctor egregi⁹ nobilib⁹ ortus ꝓgenitoribus landolpho patre de domo ac illuſtri proſapia comitū ad norū ↄfinibus campanie ꝛ regni ſicilie matre theodora de neapolitana ſtirpe exiſtente duxit originē: ꝗ per ſcm̄ eremitā bonū noīe matri ſue fuit ꝑnūciatus ex noīe naſciturus magn⁹ in orbe natuſcꝫ fuit anno dñi. M. ccxxv. Hic exiſtēs infantulus cū a cunis pro balneo ſolucreꝛ nutu diuino chartulam quandam humi iacēte in qua ſalutatio angelica continebaꝛ: brachiū nemine iuuante extendens accepit. Cui vix mater eripere potuit. Hic puer quincꝫ annorū exiſtens miſſus fuit a parentibus ad monaſterium montis caſſini: erudiēdus in primis literarum elementis ꝛ moribus imbuendus. Cū autē ſeptē annoꝝ eſſet miſſus eſt neapolim ad ſtudium artiū liberaliū. Qui tāta celeritate naturalis ingenij oēs artes didicit in ſeptem annoꝝ ſpacio: ꝛ precellēs oēs ingenio ꝛ labore cunctis erat admirabilis. Cū aūt eſſet annoꝝ quatuordecim virgo elect⁹ a domino intrauit ordinē ſacratiſſimū fratrū predicatorum. Hic etiam eodem anno quo intrauit ordinē cū per fratres ordinis predicti fuiſſet romā perductus et de roma per tuſciam pariſius duceret: vt a ſuis elongaretur parētibus: raptus ꝛ captus fuit in itinere ꝑ germanos ſuos carnales ꝛ vi ablatus a fratrib⁹ ꝛ miſſus ad matrem ſuam in caſtro mōtis ſancti ioānis vbi detentus ꝛ cuſtoditus ꝛ clauſus in carcere ſtetit quaſi biēnio in habitu ordinis quē aſſumptū nūcꝙ deſeruit nec ad deſerēdū aliquaten⁹ flecti potuit. Dedit⁹ vero ibidem orationi ꝛ ↄtēplationi ac ſtudio ſcripturaꝝ tāꝙ in ſchola ſummi magiſtri plurimū profecit. Et vehemētis libidinis ſuggeſtricem a carcere cum ſtipite ignito fugauit. Unde ex hac victoria tale donum a deo cōſecutus eſt: vt nullum ſtimulū voluptatis veneree poſt ea ſenſerit. Poſtꝙ autem reddit⁹ eſt ordini miſſus eſt coloniā vbi docebat philoſophiā ꝛ theologiā: doctor Albertus magnus eiuſdem ordinis profeſſor. A quo plurimum eruditus eſt ſpacio annorū.xj. Cū vero attigiſſet.xxvij. annum etatis ſue pariſius miſſus ad gradum baccalariatus in theologia ſuſcepit qui cum laudabiliter legiſſet ſententias ꝛ oībus eſſet venerabilis propter admirabiles queſtionū ſolutiones aſſumptus eſt ad magiſterium ſacre theologie anno ſue etatis.xxx. Qui viuens dūtaxat poſtea annos.xx. maximos ꝛ pulcherrimos libros cōpoſuit ꝗ libri fere cōplēt centenarium numerum. Habuit autem tantam a deo grām vt dubia alijs occulta ꝑ reuelationē dei apparentibus eī beatis petro, ꝛ paulo cognoſceret. Incēdebaꝛ eñi dei amore: ita ꝛ rapiebaꝛ in cōtēplatione myſterioꝝ diuinorū vt etiā comedēdo circa illa cogitaret. Et exiſtens in mēſa ſancti ludouici regis putaret ſe eſſe in ſtudio ꝛ cella ſua. Spālr ēt adiutorio diuino fretus ꝗſtionē difficillimā de ſacramēto corporis xp̄i oībus magiſtris ꝑiſiēſib⁹ ignotā declarauit: hic doctor egregi⁹ in extaſi ꝛ alienatiōe virtū ſenſitiuaꝝ mēte frequēter a ꝓpriis in deū eleuat⁹ corp⁹ etiā viſus eſt in oratiōe exiſtēs vno cubito, ꝛ aliqñ duob⁹ a terra ſurſuꝫ leuari. Quotiens aūt vir ſctūs diſputare, legere, ſcribere, vl dictare aliquid vellet prius ad oratiōnē accedēs inueniebat ſic in prōptu qđ ꝗrebat ac ſi in libro legeret. Fuit inſuper tantus amor vere ſapiētie vt archiepūatum neapolitanum ad quem volebat cū ꝓmouere dñs clemēs papa iiij. recuſauerit: ꝛ homilias Chryſoſto. ſuꝑ mattheum ꝑlegerit ciuitati pariſiēſi: rōnē reddēs fratrib⁹ dixit. Ciuitas hec ſi eſſet mea, ꝓpter curam regiminis mihi eriperet cōtēplationē diuinorū ꝛ cōſolationē anime impediret quā ſcriptura ſctā donat. Tandē vero iſte doctor egregius florens ſcientia et doctrina eminēs vocatus per Grego. papā.x. ad generale cōcilium qđ celebratum fuit lugduni in kal. maij anno dñi. M. cclxxiiij. Obijt in itinere in monaſterio foſſe noue ciſtercieñ. ordinis terracinenſis dioceſis nonis martij etatis ſue anno. l. inchoāte. In obitu aūt eius nō defuerūt ſigna mirāda que ſancti doctoris indicarent exitum ex hoc mūdo et eterne ſue felicitatis demonſtrarēt initiū. Nā ſtella ꝗdā admodū comete tribus diebus ante doctoris obitū ſuꝑ idē monaſteriū viſa fuit etiā in die quo ſancto doctore migrante diſparuit. Dñs etiā albertus magnus colonie in menſa exiſtens cepit ſubito lachrymari. Dixitcꝫ aſſiſtēntibus. Frater thomas de aquino fili⁹ meus in xp̄o qui fuit lumen eccleſie ab hac luce hodie migrauit. Supprior etiā foſſe noue patiēs in oculis fere oīmodam cecitatē emiſſo voto adductus ad ſepulcrū ſancti corporis ꝛ orans deū meritis ſui ſancti viſus beneficium recepit ꝛ clamauit corā toto cōuentu: bñdictus deus ꝗ meritis ſancti thome clare me videre fecit. Et longo tpe poſt viuēs vmbraticenſis eccleſie factus eſt epūs. Manifeſtū ꝗꝫ miraculū in duab⁹ tranſlationibus ſacri corporis bti thome apparuit. Ex eo eñi q prodijt odor ſuauiſſimus ꝛ fragrātiſſimus qđ ſignū fuit ſcientie ſue diffundēde ꝑ totū orbem: ꝛ tpm dum viueret redoluiſſe oībus virtutibus. Nullus eñi ſtimulus ſuꝑbie: nec aliquis fetor cuiuſcūcꝫ pctī mortalis eo viuēte extitit. Quartodecimo etiā anno ab eius felici obitu cū ꝑcioſus theſaurus ſacri corporis patefactus eſſet: inuētum eſt corpus integrū mēbris ꝛ pānis ſui habitus: ſolacꝫ naſi ſummitas paululū diminuta viſa eſt. Odorcꝫ tantus emanauit vt oēs monachi īde excitati ſuas cellas exirēt ad videndū tantū miraculū. Eiuſdē ſacri corporis manū dexterā domina theodora comitiſſa petiuit ab abbate monaſterij foſſe noue quā non potuit euellere leuiter a corpore: ꝗuis iam annis.xiiij. iacuiſſet in terra: ſed cōpulſus eā ferro detruncauit: ꝗ mirādū odorem eā venerātibus deuote effundebat. Unū cuꝫ quidā vir magne fame anno ab obitu ſancti thome.xliij. quereret ꝑcioſas reliquias ad reponendū in quadā capella ſancte crucis quā edificari fecerat apud ſalernū: et veniſſet in capella caſtri ſctī ſeuerini ſalernitane dioceſis ꝛ ſibi oſtenſa fuiſſet manus predicta: eācꝫ deſpexiſſet ſtatim tremore magno totius corporis egrotari cepit: videbaturcꝫ ſibi q haberet caput groſſum ad modum vnius ciſte ꝛ nimis ponderoſum. In ſe autem re-

verſus ꝛ penitens acerrime de irreuerentia facta cum
reuerenter illam adoraſſet a tremore illo ꝛ inflatione
corporis liberatus eſt. Quā cū deoſculatus eſſet odorē
maximū ex ea progredi ſenſit: qualem ꝛ quantū nunꝙ̄
ſe meminerat percepiſſe. Odor autē ille ex tactu ſacre
tmanus ſibi ꝛ eius caputio quod i collo gerebat multo
tēpore ſic adheſit ꝙ ipſe ꝛ caputium adeo redolebāt
tlis inter quos conuerſabatur ꝙ pluribus interrogā
cibus quid ſecū ferret odoriferum cōpellabatur mira
uli ſeriē ſepe recitare. Et extunc vt aſſerit tantam de
uotionem ad ſanctum thomam ꝛ confidentiā accepit
ꝙ toties aliqua tentatio ſibi adueniret vel periculum
imminerct recōmēdans ſe meritis ſancti thome ꝛ in=
uocans nomen eius ſe ſenſit ab impugnatione ꝛ peri=
culo ſtatim liberatū. Aduertendū autē eſt ꝙ odor ille
prodiens a membris beati viri miraculoſus eſt: quia
non ſentitur quoties adorantur membra: nec ab omi=
bus qui ipſa adorant: ſed quando placet ꝛ perſonarū
deuotio promeretur. Ex quo manifeſtum eſt ꝙ non ſit
odor humano ingenio procuratus qui diuina extitit
virtute cōceſſus: nec vllius rei naturalis odor ſimilis
illi reperitur. Ut autem amplius glorificetur deus in
ſancto ſuo quem mirificauit: pauca de multis miracu=
lis ad augmentū deuotionis fideliū hic ſubdunt. Qui
dam arte chirurgicus: ſed per decēniū infirmitate po
dagricus: nec valēs per ſe ambulare ſe deo ꝛ btō tho=
me deuouit: ꝛ iuxta eius tumulū incūbēs orone facta
ſanus proſilijt laudans deum ꝛ ſctm̄ eius. Alter qdaz
propter horribilē fantaſmatis viſionem omni virtute
deſtitutus: ꝛ mortuo ſimilis videbat: adeo vt igne mē=
bris eius amoto nullatenus ſentiret qui portatus ad
tumulū ſancti thome poſt morulā liber et ſanus oīno
a ſepulcro ſurrexit. Mulier quedā cum filiū ſuū duorū
mēſiū in cunis decubantē periclitari formidaret ꝓ co
preſertim ꝙ per mēſes quatuor ex ſurditate adeo gra
uata eſſet decies exclamare vagientem etiā puerū vix
audiuit: viri ſui inductione qui meſtus vna cū illa cō=
munis filij periculo cōdolebat: predicto viro dei vt eā
ab eadem īfirmitate eriperet obnoxius deuouit: emiſ=
ſoqꝫ voto cū nocte ſecuta dormiſſet in craſtino ſe libe=
ratā ſancti meritis reperit vt optabat. Puella guttu=
ris ſui fauces ſquināntie habens infirmitatem conſtri
ctas intantū: vt neqꝫ ſumere quicꝙ̄ poſſet neqꝫ reſpira
re dum deuote ſe btō viro a mr̄e ꝑſuaſa cōmēdaret du=
ctaqꝫ fuiſſet in craſtinum ad ꝓdictuz monaſteriū foſſe
noue ſuppoſitis gutturi ſuo ſctī reliquijs ꝯfeſtim me=
lioratā ſe ſenſit panē comedit: ꝑfecteqꝫ ſanata redijt.
Quidā conuerſus foſſe noue adeo grauem in brachio
dextro ꝛ ſpatula dolorē patiebat vt illud deferret ſu=
ſpēſum ad collū ꝛ penitus ei inutile atqꝫ dolore vehe=
mēter afflictū qui neqꝫ medicoꝝ auxilio remediū inue
niens imo ampliore dolore grauat⁹ dū dicto ſancto ꝓ
ſua ſanitate ſe humiliter cōmēdaſſet a ſomno ſurgēs
ſe penitus liberatū cognouit. Infans qdam quatuor
annoꝝ tumorē ꝛ ruborē in coſtis crure vſqꝫ ad pedē pa
tiebat adeo afflictiuū vt nec a matre ſua vel alio tāgi
ſine leſiōe ꝛ clamore aliquatenus potuiſſet neqꝫ ſe mo
uere poterat. Cūqꝫ puer per menſem in tāto dolore et
anxietate fuiſſet ꝛ a medicis ſpes curationis ſine inci
ſione puerili non inueniret deficiente natura artiſqꝫ
ſuffragio nō inuēto: recurſum eſt ad deū ꝛ ſanctū ſuum
thomā. Mater vo infantuli btō thome ipm̄ deuotiſſi=
me cōmēdauit vt a dicta infirmitate ſine inciſiōe ſuis
meritis puerū liberaret: qui delat⁹ ad monaſterium ꝛ
poſitus ſuꝑ tumulū poſt aliquā morulā ſan⁹ inde ſur=
rexit. Propter hec ꝛ alia teſtimonia multa que de hoc
viro iuſto mortalib⁹ credibilia ꝑ deū facta ſunt nimis.
Dñs ioānes papa. xxij. apud auinionē pontificatus ſui
anno. vij. xv. kal. Aug. anno xp̄i incarnati. M.ccc.xxiij.
a felici vero trāſitu huius viri beati ex hoc mūdo āno
l. decurrente illū ſanctoꝝ confeſſoꝝ cathalogo adiun=
xit. Ad laudē ꝛ gloriā dñi noſtri ieſu xp̄i qui hūc ſctm̄
adhuc in terris viuentē ꝛ iam ad celos tranſlatū mul
tis fecit coruſcare miraculis vt fideles ipſum inuent=
rent apud deum benigniſſimū patronum ꝛ eius veſti=
gia imitantes regna celeſtia conſequi poſſent.

De ſancto Marcello epo. clxxxij. B.



Beatiſſimus marcell⁹ antiſtes
natus pariſijs: ſꝫ ciuis paradiſi
in terris humilis: erect⁹ in celis me
diocris parētib⁹ ſꝫ meritis celſus.
Cui hoc fuit nobilitatis lumē inſi=
gne: xp̄o ſine culpa ſeruire. Nō dege
neris intumeſcēs ſupbia: ſꝫ habens
de moribus ornamēta. Nec ſumens
de parētele laude iactātiā: ſꝫ gratiā
poſſidens in xp̄i iutū exēplis. Intra ſe
ſuos theſauros retinēs: deuz mūdo
corde cōplectēs ſꝫ cū xp̄o pauper iſte regnauit q in hu=
militatis ꝯuerſatione: in charitatis vbertate: in caſti=
tatis lumine in ieiunioꝝ pinguedine: ita ſe totū tradi
dit diſcipline: vt ab ipſa infantia maturus aſcēderet ꝛ
poſitus in corpore quaſi nihil de carne portaret. Hic
itaqꝫ beatiſſima inſtitutione ſuccinctus ꝛ venerandis
operib⁹ pene prī⁹ ſacerdos extitit ꝙ cleric⁹. Iādudum
dignus quin ſuſciperet dignitatē antea ꝓparat⁹ ad id
qd erat ſine mora futurus. Calcata mundi pompa vel
criminibus: cum diuinis armis: initiatus accingeret
ad ſpem felicē palmā de hoſte publico relaturus i mi=
litia xp̄i exercitādo lector effectus eſt: ac ſeipſum tem=
plo chriſti pro primitijs offerens velut a bellis ſacrifi
cium hoſtia vice carnis ꝛ pure mētis effectus eſt. Qui
clarior mercede ꝙ noīe: et merito maior ꝙ gradu ſine
offendiculo ſuū gerens officiū cepit in militie creſcere
quod accepit a rege. Deniqꝫ dum adhuc clericali tyro=
cinio celaret miraculis ꝓditur ꝛ ſignis celeſtibus illu
ſtratur. Unde quadam vice ad officinam acceſſit fabri
calem qui deſpectus ab artifice cogitur vt extracta de
ardenti camino ferri maſſa candens manu ſua ferrum
accēſum attolleret ꝛ quanti ponderis eſſet enarraret.
Tunc vir beatiſſimus non ignarus totū de xp̄o preſu=
mere ꝛ quante virtutis cauſa ſit in rebus nō turpibus
obedire: mox ſuppoſita manu ferrum altius eleuauit
dicens. De calore calet: ſed nouem pōdera habet. Qd
poſtea tantum ad ſtateram inuentū eſt: quantum eius
vox librare predixerat. Itaqꝫ cū ſubdiaconali miniſte=
rio fungeretur in die epyphaniorum hauriens aquam
de fluuio ſecane: dū beato prudētio epiſcopo manibus
abluendis aquā offerret: mutatis elemētis vini ſapor
inuentus eſt. Quo viſo obſtupeſcens pōtifex iuſſit ex
ipſo vrceolo in calicē ſacrū defundi. Unde vniuerſus
populus miſſa celebrata ꝛ cōmunionem accepit ꝛ ipm
vas cū ad plebis multitudinē ſuffeciſſet: ac ſi nō tactū
ꝛ integrum ſic plenū permāſit. Cuius vini myſtico be
neficio poſtea multi ſanati ſunt. Cū vir ſanctiſſimus
quadā vice ex ſui officij ſeruitute aquā manib⁹ prefato
venerabili epo porrexiſſet: mox inde balſama ceperūt
fragrare. Et dum vnda curreret viſa ſunt criſmata re=
ſpirare: vt pene pontifex crederet ſe magis man⁹ vnge
re ꝙ lauare et alteras aquas qreret vt priores vnda

ablueret. Quo viſo ſacerdos venerabilis obſtupeſcẽs deo grãs de cõperto munere retulit: ⁊ beato marcello reuerentiã de religione ſeruauit dũ cum non talem q̄ ſeruiret: ſed potius cui ſeruiret agnouit. Matrona q̄dam proſapia nobilis: ſed opinione vitiis maculãs crimine qđ fulgebat ex genere poſtq̄ dies fugitiue vite rapta luce cõcluſit ad tumulum põpa comitante: ſʒ nõ profutura pceſſit quo cõdita hoīe ſco referens hoc cõtigiſſe poſt funera: qr duplex naſcitur lamentatio de defuncta. Ergo ad ſumendũ eiꝰ cadauer cepit ſerpens immaniſſimus frequẽtare. Et vt dicã clarius mulieri cuius mẽbra beſtia deuorabat ipſe draco factus ſepultura: quo viſo perterriti hoīes de ſuis ſedibus migrauerunt. Beatus igit marcellus intelligens ſe de cruẽto hoſte triũphũ acquirere: collecta plebe de ciuitate progreditur: ⁊ relictis ciuibus in pſpectu populi ſolus xp̄o duce ad locũ pugnaturus acceſſit. Et cũ coluber de ſilua rediret ad tumulũ: obuiantes ſibi inuicem dante oratione beato marcello ille capite ſupplici cepit veniã blandiẽte cauda precari: tunc pcedẽte pontifice beſtiã fere tribꝰ milibus oẽs proſecuti ſunt reddentes dño gratias ⁊ ſoluẽtes exequias inimico. Deinde increpãs eum beatꝰ marcellus dixit. Ab hac die aut deſerta tene aut in mari te demerge: mox dimiſſa beſtia nulla eius vlterius indicia ſunt inuẽta. Ecce ppugnaculũ patrie in vno conſiſtere ſacerdote q̄ fragili baculo fortius hoſtẽ edomuit q̄ ſi baliſte trãſfixiſſent. Si igitur ſanctorũ virorũ ex factis merita cõferantur miretur marcellũ gallia dũ roma ſilueſtrum: niſi hoc diſtet in opere q̄ draconem ſigillauit ille iſte iactauit. His itaq; operibꝰ ſanctus marcellus ſemper intẽtus: conuerſatione clarus: cõſummatione precipuꝰ: beatitudine glorioſus: remuneratiõe ditatus: cũ perpetuo dño regnaturꝰ vincẽs mũdi ꝯtagiũ: mundus migrauit ad xp̄m die kal. nouẽbris regnante dño nr̄o ieſu xp̄o cui eſt honor: et gloria: virtus ⁊ poteſtas.

❡ De interpretatione nominis.

Genouefa dicitur a genos quod eſt natura et efa quod eſt menſura: quaſi habẽs naturalia ad mẽſurã ſiue plenitudinem: ipſa enĩ ex bonis naturalibꝰ que habuit facilius dei gratia comitante ſupernaturalia eſt aſſecuta. Uel dicitur a genos qđ eſt barba ſeu virilitas: ⁊ efa effuſio ſeu plenitudo quaſi effuſa et plena operationibus virilibus et fortibus. Ipſa enim vt ex eius geſtis colligitur ⁊ de ea in eccleſia canitur: ipſis etiam viris aliquatenus imitanda atq; equiparanda eſt.

❡ De ſancta Genouefa. clxxxiiij. A.



Beata virgo Genouefa honeſtis parentibus patre ſeuero noīe: matre vero gerõcia orta apud namethodorũ oppidũ haud lõge a pariſieñ vrbe exiſtit pgenita. Dum aũt ſanctꝰ germanus autiſiodorenſis ep̄s quadam die apud baſilicam in ipſo oppido ſitam orandi gratia ſe contuliſſet occurrẽte eiuſdem loci populi multitudine ſimul genouefa affuit. Quam intuitus in ſpiritu ſanctus germanus magnanimem genouefem ad ſe deduci precipiẽs circũſtãti pplo electam a deo ſpõſam pdixit: in eiuſq; natiuitate angelos cecinisse renũciauit: ac felices tante ſobolis pgenitores predicauit multoſq; eius exemplis a via ſua mala conuertẽdos affirmauit. Que dũ ab eo accerſitur ⁊ de virginitate celeſti ſponſo conſeruanda admonetur: id ſe votis omnibꝰ ſemper deſideraſſe reſpõdit. Cui ille. Confide filia viriliter age et quod corde credis et ore pfiteris operibus comprobare ſtude. Dabit enim dñs fortitudinem ⁊ virtutẽ decori tuo. Cumq; ſequenti die genouefam iterum ſibi preſentari feciſſet dixit ei. Aue filia genouefa. Reminiſceris qđ heſterna die de corporis tui integritate mihi ſis pollicita? Cui illa. Reminiſcor pater. Tũc ille nũmũ ereum dei nutu allatũ habentẽ ſignum crucis a terra colligẽs: inquit ad eã. Hunc transfer tecũ pro memoria mei ad collum ſuſpẽſum ſemper habeto: nulliuſq; metalli aut margaritarum ornamẽto collum digitoſq; tuos ornari patiaris. Et vale dicens caputq; eius deoſculãs abijt. Cumq; mater eius die ſolenni ad eccleſiam pergeret et genouefam reclamantẽ domi remanere preciperet: confeſtim vt ſibi alapam mater in faciem dedit: lumen amiſit. Sicq; fere per bienniũ diuinam iram perpeſſa: precibus filie tãdem priſtine ſanitati eſt reſtituta. Alia vice dum genouefa cũ aliquibus ſacratis virginibus etate prouectioribus loco nouiſſimo incederet: obuiante Carnotẽſi epiſcopo iulito: ſtatim incedẽdi euerſus eſt ordo. Nam illa que ſequitur ait epiſcopus anteponatur: quoniam ipſa celitus iam eſt ſanctificationẽ adepta. Parentibus eius ſublatis de medio cũ in pariſiũ vrbem tranſiſſet: tanta paraliſis vt videbatur infirmitate detenta eſt vt corpus eius laxatis vndiq; artubus ac diſſolutis compagibus triduo exanime crederetur. Que cũ de nouo eſſe ſanitatẽ aſſecuta aiebat ſe in ſpiritu ab angelo in gloriam ſanctorum ⁊ ſupplicium impiorum fuiſſe deductam ac extunc ſecreta cõſcientiaꝝ in non medicam admirationem cepit reuelare ac manifeſtare. Sancto autẽ germano rediſte cum pariſiũ intraſſet confeſtim de genouefa vbinã eſſet ⁊ quid ageret inquirens in eius hoſpitiũ deſcendit ac male de ea colloquẽtibus: deridebatur enim tunc vt plerunq; fit iuſti ſimplicitas terram ſuis lachrymis irrigatã oſtẽdit. Sicq; eã aſtanti populo cõmendãs diſceſſit: et ad tp̄s os loquentium iniqua obſtruxit. Uerum poſt obitum beati germani: cum attila hunoꝝ rex gallias ac precipue vrbẽ pariſiorum inuaderet: ac ſue ditioni minaretur ſubijcere ſingulis pene ad tutiores vt ſibi videbatur vrbes facultates deferentibꝰ genouefa orationibus ⁊ vigilijs inſiſtebat. Hiſq; cũ quibus degebat ita facere exhortans: non eſſe pertimeſcendos hoſtes dicebat: quinimo ciuitatẽ illeſam fore predicabat. Quãobrẽ nonnulli ciues inſurgentes dicebant pſeudo prophetiſſam ſuis tẽporibus aduenisse: ac in eius mortem ceperunt cõſpirare. Eodẽ tempore venit ad antiſiodorenſem vrbẽ archidiaconus qui hec audiens: ita ciues adorſus eſt. Nolite o ciues hoc admittere facinꝰ: quia hanc de cuius interitu tractatis didicimus narrante ſancto germano antiſtite noſtro ex vtero matris a deo ſponſam electã. Et ecce eulogias ab eo ſibi derelictas exhibeo. Quas illico plegentes ab inceptis deſtiterũt. Hunni aũt protinus abierũt. A biturricenſi vrbe venit mulier quedã pariſius que poſt conſecrationem violata fuerat: vt genouefam alloqueretur. Que mox interrogata a genouefa an ſanctimonialis aut vidua eſſet: confeſtim vt ſe virginem aſſeruit virum qui eam violauerat ⁊ locum ⁊ tempus expoſuit. Unde ad verecundiam prouocata ſupplex genouefe veniam poſtulauit. Matrone cuiuſdam filius etatis annorũ quatuordecim in puteum cecidiſſet ac poſt tres horas inde mortuus ſubtractus matre in lachrymas prorũpente accrines dilacerante genouefe oblatus fuiſſet: ad orationẽ re-

currens pallio ſuo ſuper corpus eius appoſito puerū viuū cōfeſtim matri reddidit. Cum ob diuturnam obſidionem ciuitas pariſienſis inedia affligeretur: Genoueſa pauperibus cōdolēs nauim ſup ſecanam ad emendam annonam ingreditur: dum aūt ad quendā locum in quo erat arbor iuxta quā naues ſepius periclitarētur adueniſſet cōfeſtim arborē incidi pcipiens ad orationē cōuerſa duo horribilia monſtra ex illo loco egredi ſunt viſa. Ab illo aūt die illic nulla nauis periit: ſed proſpero curſu ceptū iter tranſfretauit. Rediens autē virgo panes pauperib⁹ iuxta neceſſitates ſuas diſtribuit: dū quadā vice ciuitatē trecaſſium adiſſet primus occurrēs ei multitudo populi innumeros vtriuſq; ſexus diuerſis īfirmitatib⁹ afflictos obtulit. Inter quos etiā oblatus eſt ei homo quidā quem dūico die operantē vltio diuina excecauerat: necnō puella ab annis fere. xij. ceca quos illa bñdicēs ſine dilacione īcolumes reddidit. In ciuitate meldēſi puella quedā adoleſcēti cuidam pmiſſa vt genoueſe virtutes cōperit veſtē ſibi immutari: ac in cōtubernio virginū annumerari a genoueſa expetijt. Unde indignatus adoleſcēs ſpōſam cū furore proſequit. Quod genoueſa audiēs eam ad eccleſiā que proxima erat ſecū duxit: et fores eccleſie q̄ clauſe erant diuina virtus mirabiliter reſerauit: et puellam a furore adoleſcētis liberauit. ¶ Aurelianis dū qdā paterfamilias pro ſeruo qui aduerſus eū deliquerat: genoueſa veniā expectaret: ille vero oīno renueret: cōfeſtim vt domū ingreditur vehementi febre correptus nō prius ſanitati reſtituitur ꝙ genoueſe veniā poſtulans famulo mīaz elargitur. Ecce eccleſiam ſancti martini turonenſis virgo ſctā ingreſſa ꝙ plurimos a demone obſeſſos oleo prius inunctos liberauit. Dum aūt vellet ſemel quedā īnūgere hc oleum in ampulla pōtifex etiā qui oleū bñdiceret deeſſet: mox terre recubans in oratione poſita āpulla in manibus eius oleo quo poſtmodū ſanati ſunt egroti eſt impleta. De ei⁹ abſtinētia ac etiā virtutib⁹ inter alia multa ſic dicit vincētius in ſpeculo. A decimoqnto etatis ſue anno vſq; ad qnquageſimū eſca erat ei panis ordeaceus et faba. Quā poſt duas aut tres ebdomadas in olla recōmiſcēs edebat. A die dūico vſq; in qnta feria ieiunabat: et a qnta feria vſq; in die dominico. vinū autē et quodlibet inebrians nunꝙ potauit. Poſt qnquageſimū vo annū ſuadētib⁹ epis ppter obedientiam piſcem et lac cum pane ordeaceo edere cepit. Multa autem veneratione catulaſcenſem vicum in quo btūs dionyſius paſſus eſt diligit cui etiam deuotio erat in honore illius baſilicā cōſtruere. Suadebat preſbyteros vt faceret vnuſquiſq; collationem ad hoc edificiū: qui rñderūt. Erūt forſitā paruitati noſtre vires edificādi: ſed coquende calcis copia deeſt. At illa ſpūſancto repleta vaticinās ait. Egredimini queſo ad pontem ciuitatis et que audieritis nuntiate mihi. Qui egreſſi in platea ſtabant attoniti. Et ecce duos cuſtodes porcorū ſermocinātes quorū vn⁹ ad alterū ait. Dū ſuis .i. porce veſtigiū operatus vagantis legerem inueni furnū calcis mire magnitudinis: alter rñdit. Et ego inueni in ſilua ſub radicib⁹ arboris a vento euulſe furnū calcis de quo nihil ſublatū credo vnꝙ fuiſſe. Quod audiētes preſbyteri gratias agentes reuerſi ſunt. Audiēs etiā hec ſctā lachrymis pre gaudio ſinuz īpleuit. Laceſſiuit itaq; geneſiū pſbyterū vt in honore predicti martyris baſilicā conſtrueret. Sicq; oībus ciuibus illa implorātē cōſtructa eſt. In cui⁹ opere collectis carpētarijs cū potus deficeret: accipiēs ſanctā cuppam ſeorſum pſtrata cū lachrymis orauit. Deinde ſurgens facto ſigno crucis ſuper vas vſq; ad ſummum poculo impletū eſt: ex quo operarij vſq; ad conſummationē baſilice vberrime potātes grās egerunt. Quadā nocte ſabbati circa gallicantū egreſſa eſt beata genoueſa ad baſilicam ſcti dionyſij. Cere⁹ vo qui ante ferebat extinctus eſt. Quo turbatis virginib⁹ q̄ cū ea erāt pre horrore noctis cereū ſibi dari precepit. Quē vt tenuit ſtatī illuminatus eſt. Silr eodem tpe cū in eccliā diu pſtrata in orone ſurgeret. cereus nondū igne ɔtact⁹ diuino nutu accenſus eſt in manu ei⁹. De quo et plures infirmi paululū in fide auferētes ſanati ſūt. Quedā mulier furata eſt calciamēta eius q̄ vt domū venit excecata eſt. Deinde proſtrata ad pedes eius veniā petēs ſignatis ab ea oculis viſum recepit. Hildericus etiam francorū rex valde diligens eā timēs ne victos quos interimere cogitabat ſancta eriperet ingrediens vrbē pariſiorū portā claudi precepit. Quod audiens ſancta ſtatim ad liberandas aīas perrexit. Inter cuius manus populo porta ſe ſine claue reſerauit: et ſic regē conſecuta ne vinctorum capita amputarentur obtinuit. Fuit etiā eo tēpore btūs ſymeon in colūna: quē negotiatores euntes et redeūtes ferunt de illa interrogaſſe et eā veneratione profuſa ſalutaſſe et ſe in orōnibus eius memorē eſſe popoſciſſe. Pariſius etiam oblati ſunt ei energumini. pro quibus in baſilica beati dionyſij ipſa orante vociferabantur clamātes ppe iā eſſe quos ſibi in ſolatio venire btā genoueſa precabat forſitā angeli vel martyres. Que ſurgens et ſignans vnūquēq; curauit a ſpū immundo vt fetor grauiſſimus aſtātium nares attingeret. A die etiā epyphanie vſq; ad cenā dñi beata genoueſa in cella recluſa ſoli deo vacabat in orationib⁹ et vigilijs. Audiens autē puella quedam religioſa ad fores eius magis curioſitate ꝙ fide permota: quid ſancta in cella ſua agebat ſcire volēs ſtatim lumē amiſit. Quā ſancta cōſummata quadrageſima egrediēs orone et ſigno crucis illuminauit. In eccleſia etiā beati martini turonēſ. cū in angulo quodā oraret vn⁹ de pſallentib⁹ arrept⁹ a demonio proprios artus lacerabat. Cūq; beata genoueſa ſpiritū immundū exire iuberet et ille per oculū pgredi ſe minaretur: imperāte illa fluxu ventris eiectus eſt feda relinquēs veſtigia. Per idē tēpus ſtans in auditu domus ſue vidit puellam in manu ampullā geſtantē quā paulo ante emerat: et interrogata qd eſſet vidit demonem ſedentē in ore ampulle et minans inſufflauit in eā ſtatimq; ps de ore ipſius āpulle cecidit. In territorio meldenſi cū ppriā meſſem meteret valde turbati ſunt operarij ppter ymbrē imminentē. At illa ingreſſa tētoriū qd ſine intermiſſione facere ɔſueuerat cū lachrymis pſtrata orone obtinuit: vt cū in circuitu omnes ſegetes pluuia rigaret: nec meſſem: nec ei⁹ meſſores gutta aliqua contingeret: tanta etiam ſanctitate pollebat ꝙ etiam ſpiritu prophetie plena oēs quoq; morbos ab hūanis corporib⁹ expellebat. Egētib⁹ panes ītegros dabat adeo vt eius puelle ſepe partem panis quā in clibano poſuerāt non inuenirent. Uixit aūt pluſ ꝙ. lxxx. annis. Hui⁹ aūt natale celebrat tertio nonas ianuarij Hec vincētius. Reliqua aūt q̄ hic inſerunt ex certiſſimis ac probatiſſimis eccleſie in qua beata vgo precidet codicibus quorū etiā nōnulla ipſe vincētius teſtat extracta ſunt. Poſt tranſitū vo beatiſſime vginis lampas eius ſepulcro appoſita eſt in qua pter olei conſumptionem ignis permanebat cui⁹ contactu infirmi ſanabant lāpade vez mutata in fontē oleo in medicinā. Homo quidā lingue et oculorū priuat⁹ officio ad ſepulcrū virginis accedens et viſum et loquendi vſum recupera-

uit. Mulier quedã in viſione admonita filiũ a natiui=
tate cecũ ad pſate virginis locũ detulit. Cũq; in eccle=
ſia miraculum recitaret quõ dñs ieſus xp̄s oculos ceci
nati aperuit cõtinuo apti ſũt ei⁹ ocli. Reuelatur cuidã
a natiuitate muto vt ad ſepulcrũ v̾ginis ſe transferat:
vocis illic bñficiũ percepturus. Cũq; in fine reuelatiõis
die dñico illuc peruenisſet: ſtatim lingue illius vincu=
lũ eſt ſolutũ: ⁊ loquebat̃ magnificans deũ. Interroga=
tus ergo ab abbate qd poſt indultũ ſibi vocis bñficium
agere vellit: reſpõdet q a loco illo recedere nolit: nolit
ad ꝓpria redire: nolit omnib⁹ dieb⁹ vite ſue ſine pñſen=
tia v̾ginis viuere. Cui⁹ votũ leto aĩo ãplectens abbas
vite ſibi neceſſaria iubet miniſtrari. Cũ latro quidam
carceri mãcipat⁹ cuſtodis negligentia de carcere exiſ=
ſet: fugientẽq; ad ſepulcrũ virginis preſes inſequere=
tur virginiſq; latro auxiliũ implorãdo acclamaret: pre
ſes vero in eius blaſphemiã prorũperet ſubito caſu la=
pſus preſes latrone liberato miſerabiliter expirauit.
Cũ alio tp̄e flumen ſecane vltra modum intumeſceret
⁊ ad capellam virginũ quã prope eccleſiam ſancti ioan
nis baptiſte virgo cõſtruxerat ad medium vſq; edificiũ
pertingeret: lectulus in quo deceſſerat qui ibidem ſer
uabatur flumine infuſus aquis continue deſcendenti
bus atq; diſtendẽtibus ab illis intactus eſt inuẽtus.
Poſt aliquot vero dies: cum cenobio a normanis incẽ
dio cõſumpto corpus virginis a fratribus ad etegias
villã ſuã deportaretur: multis etiam ibidem claruiſſe
miraculis cõprobat̃. Siquidẽ altari eccleſie cui acceſ=
ſura erat virgo ſancta cruce ſanctorumq; reliquijs vt
moris eſt adornatum: tanq̃ eius aduentui congratu=
lans mouebatur. cui ſuperpoſita: quod cupierat ſe ade
ptum demonſtrans firmũ nec amplius moueri compro
batum eſt. In cuius quidem deportatione cereus vti
dum viueret iterum atq; iterũ miraculoſe eſt accẽſus.
Cũ aũt abbas qui tũc preerat dẽtem a corpore v̾ginis
paucis conſcijs extrahẽs apud ſe ad ſui tuitionẽ ſerua=
re vellet: cõtinuo ſumma egritudine correptus dentẽ
teca criſtallina ĩcluſũ q̃ cito potuit reſtituere curauit
Audita v̾o inter pariſios ⁊ normanos cõcordia corp⁹
virginis ad eccleſiã ſuam deferẽtes nõ eo loco vñ edu=
cta fuerat inſcripta: ſed ſup maius altare vbi nunc cer=
nit̃: fratres honorifice collocauerũt. Corpus aũt virgi
nis cũ ſuo capite integrũ in capſa cõſiſtere: pñſentibus
nõnullis huius regni epiſcopis poſtmodũ inuentũ eſt
atq; cõprobatũ. Tp̄e ludouici fortiſſimi regis francoꝝ
illuſtriſſimi diuina vltiõe mẽbra que miſeri hoĩes ex=
hibuerãt ſeruire iniuſtitie ⁊ iniquitati ad iniquitatem
cepit morbus igneus quẽ phyſici ſacrum ignem appel
lant cõſumere. Multorũ igitur ſanctoꝝ egrotis ſuffra
gia depoſcentibus: nec impetrantibus recordatus eſt
religioſiſſimus pariſiorum antiſtes ſtephanus: quali=
ter beata virgo genoueſa prefatam vrbẽ a multis olim
periculis liberauit ac exinde ſolennes proceſſiones in
quibus conſulto abbate atq; cõuentu prefata virgo ad
eccleſiam beate virginis marie deportaretur inſtituit.
Ordinata itaq; ſcd̃m morem canonicum proceſſione:
ingredienteq; ſctã virgine eccleſiam beate marie. con=
tinuo ad tactum feretri omnes male habentes tribus
exceptis ſunt ſanati. Cũ vero ſequenti anno felicis re=
cordationis Innocentius papa gallias tranſmearet
de tanto inſtructus miraculo gratias agẽs deo ac ſan=
cte virgini: annis perpetuis ſolenni memoria celebrã
dum miraculum condonauit. Uerum cum per ſingu=
los annos predicti miraculi memoria ſolenniter vt di=
ctum eſt veneraretur: contingit ſemel per abſentiam
capicerij expẽſas formidantis ſine ornamẽtis ac lumi
naribus q̃ habebat miniſtrare celebrari. Un̄ accidit vt
ſequẽti die eccleſie ſanctuariũ aſcẽdẽs diuinã expert⁹
v̾tutẽ ſubito lapſus ſine voce miſerabiliter expiraret.
Experti ſunt igit̃ atq; indies experiũtur q̃ plurimi q̃to
cũ tremore xp̄i virginẽ oporteat venerari. vbi cum hu
militate recepit cecitas viſũ: debilitas greſſum: ac di
uerſo obſtructe infidelitate mẽtes ꝑcipiũt iter liũ. No
ſtris igitur qualibuſcũq; laudibus genoueſam venere
mur: ſed cũ tremore venerantes ei⁹ ſuffragia implore=
mus ſed cũ fide. Et reuera dignũ eſt genoueſam laudi=
bus honorari: q̃ pariſiorũ inclytã vrbẽ regni xp̄ianiſſi=
mi p̄cipuam ſtabiliſſimũq; columem totiuſq; chriſtia=
nitatis in fide ⁊ doctrina magiſtram crudiſſimam to
ties a tantiſq; periculis ab inimicis hoſtili cede dimi
cantibus eripuit: inundãtium fluctuu aquarũ reſtrin=
xit: ignis horrendi in mẽbris humanis incẽdiũ cõſum
pſit: cecis viſum: claudiſq; greſſum: ſurdis auditũ red=
didit: ab obſeſſis demoniũ precibus effugauit. Et nõ
ſolum precibus: verũetiam maxima dñs per fimbrias
veſtimẽti genoueſe ſibi dilecte virginis ſuper egrotos
ac varijs detẽtos languoribus oſtẽdere ſepius digna=
tus eſt ſanitatum remedia. Unde merito in pariſijs celſi
montis vertice extitit collocata: vbi honorifice ſubli=
mata ac mirifice adornata: non ceſſat iugiter ſanitatũ
⁊ gratiarum emittere flumina his qui in fide depoſcũt
eius largitiones. Unde ⁊ oportet nos illi tota mentis
deuotione cõmittere: q̃m ipſa eſt que aſſidue orat pro
populo ſibi deuoto ⁊ pro tota xp̄ianitate. Nos igit̃ ſuo
rum mirabilium hãc particulã memorãtes ac etiam
venerantes cum celeberrimo illo venerabiliũ religio=
ſorum cetu: ſuo glorioſam chriſti ſponſam nobilẽq; vir
ginem debitis glorificemus genoueſam laudibus po=
ſtulantes: vt eadem ſupplicante perfrui gaudijs para=
diſi mereamur per ſecula. Amen.

¶ De cõceptione btẽ marie virginis. clxxxv. A.



TEmpore illo quo diuine placuit
pietati anglorum gentem de ma
lis ſuis erroribus corrigere: ſueq; ſer=
uitutis officijs artius aſtringere glo=
rioſiſſimo normanorum duci Guiller
mo eandem patriam debellando ſub=
egit qui ſcilicet Guillermus tũc tẽpo
ris rex anglorũ: dei v̾tute ſua ⁊ indu=
ſtria totius eccleſie dignitates ⁊ hono
res in melius reformauit. Cuius pie
intentionis operibus inuidens ille
bonorũ oĩm inimicus diabolus: tum familiariũ frau=
dibus: tum extraneorũ incurſibus multoties conatus
eſt eius obſiſtere ſucceſſibus. Sed dño protegente ad
nihilũ deductus eſt malignus. Audiẽtes aũt daci an=
gliam eſſe ſubiectã normanis grauiter indignati: eoq;
ſe ſuo hereditario quaſi iure priuaretur arma p̄parant
claſſem adaptant: vt eos adeuntes data ſibi diuinitus
patria expellant. Hoc cõperto rex prudẽtiſſimus guil
lermus: helſinum quẽdam religioſum abbatẽ remen=
ſis cenobij accerſitum in daciam dirigit vt veritatem
huius rei indagat. At ille vt vir adinodum ſagacis inge
nij ſtrẽnue negotiũ regis exequitur. Quo fideliter pera=
cto ad angliã cupiens reuerti mare ingreditur et cum
maximã partẽ maris ꝓſpero curſu trãſſeraret: ſubito

denſis ſurgentibus vbiqꝫ vẽtis horrida tẽpeſtas commouit ⁊ vndas. Fatigatis igitur nautis nec vltra obniti valentibus fractis remibꝰ: funibus ruptis: cadentibus velis ſpes oĩm ſalutis amittitur nihil niſi ſubito merſionis indiciũ deniqꝫ expectatur. Cunqꝫ de ſalute corporũ deſperati aĩarũ curã ſolummodo creatori ſuo magnis clamoribꝰ deuote cõmendarẽt ⁊ beatã dei genitricẽ miſerorũ .ſ. refugiũ: ⁊ deſperantibꝰ ſpem deuote reclamarẽt: ecce ſubito cõſpiciunt quendã venerãde habitudinis virũ põtificali inſula decoratum, quaſi inter medias vndas ſtantẽ nauí ꝓximũ. Qui aduocãs ad ſe abbatẽ helſinũ his verbis cepit cõpellere dicẽs. Uis indt periculũ maris euadere? Uis in patriã ſanꝰ redire? Cũqꝫ ille cũ fletu ſe id toto corde deſiderare et id ſolũ expetere rñdit. Tunc ille ſcias inquit me ad te miſſum a dña mea dei genitrice maria quã tã dulciter ⁊ deuote reclamaſti: ⁊ ſi dictis meis obtemperare volueris ſanus cũ tuis comitibꝰ immunẽs periculũ maris te euadere ꝓmitto. Spõdet ilico ſe ei in oĩbus obtemperaturũ ſi hoc euaderet periculũ. Promitte indt ille deo ⁊ mihi qꝛ diẽ cõceptionis matris xp̃i ſolẽniter annuatim celebrabis: ⁊ celebrãdum predicabis ⁊ ille vt vir prudentiſſimus: ⁊ quis inquit dies mihi hoc feſto erit celebrandꝰ. Sexto ait idus decẽbris hoc feſtũ ſolẽnizandum tenebis. Ex quo inquit abbas ſeruitio vtemur in eccleſiaſtico officio. Omne inquit ſeruitiũ qđ dꝛ in eius natiuitate dicet ⁊ in cõceptione eiꝰ excepto qꝫ nomẽ natiuitatis mutabitur in nomẽ cõceptionis. His dictis ille diſparuit ⁊ citius dictu ſedata tẽpeſtate abbas cũ ſuis incolumis cõcito vẽto flatu applicuit ãglicanis littoribꝰ. Et ea q̃ viderat ⁊ audierat quibus potuit notificauit: ſtatuitqꝫ ĩ remenſi cenobio idẽ feſtũ ſolẽniter celebrare. Et ipſe quoadusqꝫ vixit deuotis obſequijs deuote celebrauit. Rurſuz hec ſolẽnitas alibi alio modo declarat. Tpe nãqꝫ karoli regis francorũ illuſtriſſimi: clericus quidã ordine vngarie regis germanus: matrẽ ieſu toto corde diligens eiꝰ horas ſolicitus decãtabat parentũ ſuorũ cõſilio nubere volẽs cum quadam adoleſcentula valde pulcherrima accepta a pſbytero nuptiali: bñdictione quadaz die miſſa etiã celebrata recordatꝰ qꝫ eiuſdẽ beatiſſime virginis horas illa die iuxta morẽ ſolitũ non cantauerat: ſponſam domũ mittẽs oẽs ab eccl̃ia exire coegit: ⁊ ipſe iuxta altare beate viginis ſolus remanſit. Cum ipſe horas dñice matris decantaret: ⁊ hanc antiphonã. Pulcra es ⁊ decora filia hieruſalem diceret: ſubito apparuit ei virgo maria cũ duobus angelis dexteram et manuz et leuam tenẽtibus dicens ei. Si ego ſum pulcra ⁊ decora q̃d eſt qꝫ dimittis me ⁊ ſpõſam aliã accipis. Nunq̃d ego ſum optime formoſa? nunq̃d ego ſuz pulcrior illa? Ubi vidiſti tam pulcrã? Cui ille ſtupefactus ait. Dña mea dulciſſima claritudo tua oẽm mundi pulcritudinem excellit ⁊ clarificat: qm̃ tu es ſup oẽs choros angelorum exaltata: ⁊ ſuper celos celorum eleuata. Quid vis dña vt faciã? Ait illa. Si ſpõſam carnalẽ cui adherere vis amore mei dimiſeris: me ſponſam in celeſti regno habebis. Et ſi cõceptionis mee feſtum annuatim ſexto idus decembris ſolẽniter celebraueris et celebrandum predicaueris: mecum in regno filij mei laureatus eris. His dictis beata virgo diſparuit. Clericꝰ vero domum adire renuit et abſqꝫ parentum ſuorum conſilio ad abbatiam quandam extra patriam illam perrexit: et ibidẽ monachali habitu decoratus et poſt tempus exiguum meritis beate marie virginis aquileie epiſcopus patriarcha factus feſtum conceptionis beate virginis die prefato q̃diu vixit annuatim cum proprijs octauis diligenter celebrauit: et vbiqꝫ celebrandum predicauit. Aliud etiam miraculum huiꝰ feſtiuitatis alibi diuina inſpiratione gratia a nobis declaratur. In pelago gallico canonicus quidam ordine ſacerdos ſolitus beate marie virginis horas canonicas decantare: a villa quadam vbi cum vxore alterius fornicatus fuerat rediens ad oppiduz in quo morabatur tendere curans: et pelagus ſecans tranſmeare cupiens: ſolus nauim ingreſſus dominice matris horas nauigando canere cepit. Cunqꝫ inuitatorium. Aue maria gratia plena dominus tecum diceret et iã in medio fluminis eſſet: ecce turba magna demonum in profundo pelagi vna cum eiꝰ nauicula eum precipitauit: et eius animam rapuit ad tormenta. Die autem tertia ad locum quo demones eum tormentis afficiebant venit mater ieſu cum magna angelorum ſocietate dicens eis. Utquid animam famuli noſtri ita iniuſte affligitis? Cui illi. Nos eam debemus habere ⁊ merito: quoniam in noſtris operibus capta eſt. Quibus mater ieſu. Si illius debet eſſe cuius opera faciebat: ergo noſtra debet eſſe: quoniam matutinas noſtras dũ vos eum peremiſtis decantabat. Unde magis rei eſtis qui minus erga me egiſtis. His dictis demones huc illucqꝫ diſperſi fugerunt ⁊ beata maria animam reduxit ad corpus: et hominem ab vtroqꝫ funere reſuſcitatum per brachium arripiens aquam a dextris et a ſiniſtris quaſi murum ſtare iubens: de profundo pelagi ad portum incolumem reduxit. At ille gaudens pedibus beate marie virginis proſtratu ait. Chariſſima mea domina ⁊ virgo ſpecioſa Chriſti gratiſſima quid tibi retribuam pro tantis beneficijs que mihi feciſti. Liberaſti me de ore leonis: ⁊ de tormentis inferni grauiſſimis animam meam. Cui mater ieſu ait: precor te ne de cetero in adulterij peccatum cadas ne fiat tibi nouiſſimus error peior priore: precor te iterum vt de cetero feſtum conceptionis mee deuote celebres annuatim ſexto idus decembris ⁊ vbiqꝫ celebrandũ predices. Mox vt ea dixit beata virgo maria eo cernente celos aſcendit ⁊ ipſe eremiticam vitam ducens quod ſibi acciderat cunctis audire volentibus narrauit. Et poſtea q̃diu vixit illud feſtum conceptionis ſolenniter ⁊ deuote celebrauit et celebrandum predicauit. Nos igitur fratres dilectiſſimi meritis ⁊ intercesſionibus beate virginis indigentes cum tota mentis deuotione ſimus ſoliciti vt nullus noſtrum ita ſit rebus tẽporalibus occupatus: aut proprijs delictis deſperatꝰ quin beatiſſime virginis marie conceptionem ꝓ poſſe ſuo celebraret annuatim.

De ſancta Otilia. clxxxvj. A.



OTilia quia ceca nata fuit pater ſuus eam occidere voluit. Unde mater eius cuidam ancille ſue eam alendam commiſit: que propter murmur populi iubẽte matre longiſſime cum puero fugit: vbi cum ipſa puellã nutriret xp̃s epiſcopo erardo de partibus bauarie apparuit dicens: vade ad quoddam monaſterium quod dicitur palma vbi inuenies puellam a natiuitate cecam quam baptizabis nomen otilia im-

pones ei:⁊ mox poſt baptiſmum viſum recipiet. Quo facto cuꝫ diu optime in religione profeciſſet miſit fratri ſuo literas dulcedine plenas vt patri reconciliãs reuocaret. Cui cũ pater nõ annueret: filius incõſulto patre pro ſorore miſit. Unde pater filium tantum verberibus caſtigauit ꝙ infirmatus fuit:de qua etiã egritudine obijt. Pater vero ex hoc intantum cõturbatus fuit et compunctus ꝙ pro filia ſua miſit et monaſterium quod cõſtruxerat filie cum omnibus ſuis appendicijs libere donauit. Poſt hoc itaqꝫ defunctꝰ eſt. Otilia ſciens patrem ſuum in purgatorio eſſe:in latere mõtis vbi nunc clauſtrum ſitum eſt tantum ⁊ tam lachrymabiliter orauit ꝙ celum ſuper eam apertum eſt: et lux magna circunfulſit eam: et vox dixit ei propter te liberatus eſt pater tuus:⁊ in choro patriarcharũ collocandus ab angelis ducitur. Hec beata preter dies feſtos nihil comedit niſi panem ordaceum ⁊ legumina. Pellis vrſi fuit pro lecto:lapis vero pro cuſſino. Jtẽ mons altus vbi cenobium otilie ſitum eſt fecit pauperes querentes elemoſynam ⁊ peregrinos nimis laborare ob hoc ꝙ fecit inferius monaſterium pro hoſpitali: qui locus ſororibus tantum placuit vt etiam ibi conuentum inſtituerent. Jbiqꝫ in nomine patris ⁊ filij et ſpiritusſancti propria manu tres tilias plantauit: que vſqꝫ nunc valde vtiles ſunt: in calore orando vas omnino vacuum impleuit vino cum quedam ſoror inter diuina officia vaſa eſſe vacua inuenit. Jtem quia in baptiſmo viſũ recepit:ſpecialiter beatum ioannem baptiſtam et venerabat̃ et eccleſiam facere cogitauit. Quadam etiam nocte ſe dedit orationi ſupra petram vbi nunc magna crux lignea locatur: ob memoriam tãti miraculi vbi ioannem rogabat vt oſtenderet ſibi moduꝫ edificij:quod et fecit. Joannes enim in forma qua Chriſtum baptizauit:in maxima tamen claritate ſibi apparens eccleſie locum longitudinem et latitudinem oſtendit. Quod vidit vna ſoror: lucem videlicet/ ſed ioannem non vidit. Cui otilia inhibuit ne ante ipſius obitum alicui viſionem manifeſtaret. ¶ Jn inchoatione clauſtri ioannis boues cum plauſtro lapidum cadunt de monte qui habet in latitudine. lxx. pedes ⁊ illeſi obuiant ſeruis aſcendendo iterum onorari. Uenerant enim ſerui cum gaudio ipſos occidere vt non eſſent cibus vermium ſed hominum. Jtem Otilia ſuam nutricem proprijs manibus ſepeliuit: et poſt lxxx. annos ſepulcro aperto dextera mãmilla nutricis integra inuenta eſt:qua eam quondam lactauerat et reliquum corpus incineratum. Poſt plurima virtutum inſignia Otilia ſciens finem ſibi adeſſe: conuocatis ad ſe ſororibus apud ſanctum ioannem predicauit eis ⁊ rogauit eas orare pro ſe et pro patre ſuo. Poſt hoc precepit eis vt irent in oratorium matris dei marie et legerent pſalterium. Jnterim dum hec fierẽt ipſa obijt ſola: tantuſqꝫ odor ibi fuit ꝙ quaſi omnes domus plene eſſent aromatibus. Redeũtes ſorores, cum viderẽt matrem ſuam ſine euchariſtia defunctã: adeo inſtanter orauerũt ꝙ de morte ſuſcitata eis dixit. Cur me inquietaſtis? Lucie coniuncta fui et illud gaudiuꝫ habui quod oculus non vidit nec auris audiuit:nec in cor hominis aſcendit. Reſponderũt. Nobis fuiſſet cõfuſio domina ſi abſqꝫ communione ſacra obijſſes. Tũc otilia calicem ablatum in quo erat corpus et ſanguis chriſti proprijs manibus contrectauit et communicauit:ob hoc idem calix vſqꝫ modo ſeruatur. Odor vero per dies octo durauit. Martyrij lucie ideo coniuncta fuit:qui ipſa otilia duobus modis martyr fuit volũtate:ſcilicet ⁊ carnis maceratione.

¶ De ſancto Claudio. clxxxvij. B.



Claudius ex nobiliſſimis ſequanenſium principũ ſeu palatinorum genealogia ortum duxit. Cuiuſqꝫ ad ſeptẽnium peruigili cura in domo parentum in dei amore nutritꝰ poſtea probatiſſimis literarum magiſtris inſtruendus traditur. Sub quibus in breui non ſolum artes quas liberales vocamus: verum etiam libros veteris ac noui teſtamenti/ cum diuerſis geſtis ſanctorum plus adoleſcens ſedule perlegendo apprehẽdit. Erat enim iam in hac etate ingenio docilis: corde feruidus ⁊ ſanctis operibus totus deditus nec ſinebat diem aliquem ſine bonis operibus pertranſire. Et licet iuuenis eſſet etate: nihil tamen puerili geſſit in opere. Nunquam in foris choriſationibus ſeu quibuſcunqꝫ mundanis ſpectaculis iucundus fuit:ſed perſonis religioſis et honeſtis ſe aſſocians cum eis dulciter de virtutum exercitijs conferebat:cuius verba iam ſale ſapientie cõdita intantum rationabilia ac dulcia erant ꝙ omnium ad ſe prouocabant affectum. Quapropter prouecti et ſapientes ipſum plurimum diligebant velut puerulũ ſanctum et virtuoſum alij vero adoleſcẽtem affabilem et prudentem venerabantur. Perſonis autem inhoneſtis aut ſcurrilibus ſe ſubtrahens conſortia ipſoruꝫ omnimode fugiebat. Nunquam cum mulieribus iuuenibus abſqꝫ rationabili cauſa locutus fuit nec de qualicunqꝫ nephando verbo vel opere non de riſu inhoneſto vel aliqua alia animi leuitate eſt notatus. Super omnia vero eccleſias dei frequentabat: precipue dominicis et feſtiuis diebus miſſas cum ceteris horis canonicis et ſermones diuinos cũ ſumma deuotione auſcultando. Creſcente igitur ſanctitatis eius fama cum iam viceſimum etatis ſue ãnum attigiſſet: ſpreta militia ſeculari in canonicum biſuntinenſis eccleſie eſt electus. Unde quotidie in melius proficiens horis canonicis diurnis pariter ⁊ nocturnis ſtuduit intereſſe. Libros quoqꝫ ſacre ſcripture diligenter reuoluere: ⁊ per omnia ſicut verus dei famulus abſqꝫ reprehenſionis nota ſe habere. Tantumqꝫ breuis tẽporis ſpacio diuina gratia ipſum proſequente in operibus ſanctis et virtuoſis ſacraqꝫ doctrina claruit: vt in totius burgundie finibus equalis ſibi nequaquã inueniretur qđ in libris quos edidit qui vſqꝫ nunc in monaſterio iurenſi permanent clarius perpendi poteſt. Singulis igit̃ diebus exceptis dominicis et feſtis ſolennioribꝰ nõ niſi ſemel in die refectionẽ ſumebat. Sepe noctes in oratione: lectione ſiue ſancta meditatione peruigiles ducebat. Caſtum ſe ⁊ mundum ab omni coinquinatione cuſtodiebat: in veſtimentis mediocrem: in moribus humilem: in verbis veracem: dulcem et affabilem exhibebat: ita vt ſingulis virtutum moribus orna

tus iam verus monachus ab oĩbus crederetur. Duodecimo canonicatus ſui anno preſul bimemorate ciuitatis infirmari cepit corpore. Unde beatiſſimus claudiꝰ timens quod etiam poſtmodum euenit: ne ſcilicet in pontificē eligeretur locū ad tēpus deſeruit et ad ſuos parentes dominos ſcilicet ſalineñ. properauit. A quibus benigne ſuſceptus cum eis per aliquod tempus in ſancta conuerſatione viuendo permanebat. Contigit autem predictum archipreſulem interim viam vniuerſe carnis ingredi. Quapropter populus cum clero diſcordiam non modicam de eligendo epiſcopo habebant illis vnum: aliis vero alium volentibus. Tandē vnanimes in oratione ſe proſtrauerunt cum lachrymis humiliter ſupplicantes quatenus meritis ſue genitricis ⁊ ſancti ioannis baptiſte eorum patroni ⁊ omnium ſanctorum dominus eis miſericorditer inſpirare dignaretur quem in paſtorem eccleſie ſui eligere deberent. Quibus in oratione perſeuerantibus mox de celo vox inſonuit que ipſos vt a fletu ceſſarent: et beatiſſimum virum claudium eligerent ammonuit. Tunc canonici letificati ipſum vnanimiter elegerunt ⁊ ſtatim honorabiliores totius eccleſie et ciuitatis viros pro eius conſenſu obtinendo ad oppidum ſalinenſe deſtinauerunt. Quid plura. Multis precibus ac lachrymis victus ſciens voluntati diuine reſiſtere non poſſe ad ciuitatem biſuntineñ. ducitur imo potius trahitur archiepiſcopus conſecratur: et per ſummum pontificem eius canonica electio approbatur pariterꝙ confirmatur. Anno domini. dcxxi. Archiepiſcopus igitur effectus eandem quam prius humilitatem ⁊ morum grauitatē in omnibus ſemper ſeruabat: et ſicut fidelis ſeruus et prudens familiam domini cum eccleſiis ſibi creditis feruenti zelo gubernabat. Cauſas eccleſiaſticas horis debitis benigne audiebat: ⁊ ſecundum eccleſiaſticas ſanctiones optime diiudicabat. Nunꝙ tamen propter queuis negotia ſecularia niſi euidens neceſſitas incubuiſſet eccleſiam horis quibus diuina celebrabātur dimiſit. Prouinciā ſiue dioceſis ſue eccleſias ſepe viſitabat ⁊ ſicut bonus paterfamilias qui iuxta dominicam ſententiam de theſauro ſuo proferens noua et vetera ſuis dulciſſimis exhortationibus bonos ⁊ fideles vt in melius proficere ſtuderent ⁊ delinquētes ſiue errantes vt ſe emendarēt ſollicite ammonuit. Erat enim profundiſſime litterature. In aſſidua etiam contemplatione eius ſpiritus ſupra modū eleuatus erat: ⁊ tamen propter marie contemplationis ocium non deſeruit marthe efficium laborioſum quin etiam ſeprē operibus miſericordie toto conamine inſiſteret. Cum igitur iam ſeptem annos eccleſie ſue prefuiſſet diuino preuentus amore magis ac magis accenſus: cunctas huiꝰ ſeculi diuitias ⁊ ſeculares pompas declinare cupiens vt in ſui creatoris contemplatione plenius vacare poſſet: cunctis bene diſpoſitis: vrbem ſuam predictam palatiaꝙ et caſtra et cetera loca archiepiſcopalia amena ⁊ delicioſa dereliquit: ⁊ ab angelo premonitus ad monaſteriū ſancti eugēdi ſiue iurenſe in confinio biſuntinenſis dioceſis ſitum aduenit: ibiꝙ habitum ⁊ vitam monaſticam ſecundum beatiſſimi Benedicti patris regulam aſſumpſit. Tante autem ſanctitatis et perfectionis fuit vt omnium que in hoc mundo ſunt oblitus: ſolum in omnipotentis dei amore flagraret. In orationibus vigilans: ieiuniis aſſiduus: in vigiliis feruidus: in ſanctis lectionibus ⁊ meditationibus preclarus: et ſecundum ordinis ſui regulam ſicut verus monachus viuebat. In diuinis vero officiis peragendis: aut celebrandis primus omnium eccleſiam intrabat, et vltimus inde recedebat. Sicꝙ omnes ad perfectionem monaſticam conuocabat. Intantum vt iniurioſus eiuſdem monaſterii: tunc abbas vir vtique ſanctitatis et prudentie et regimen ipſius monaſterii cum multa inſtantia ⁊ humilitate preſentaret vt oues dominicas ibidem congregatas gubernare dignaretur. Vir autem ſanctus cum multa manſuetudine hec recuſauit. Veruntamen expletis quinꝙ annis cum predictus pater iniurioſus ad dominum plenus meritis migraſſet: venerabiles fratres et domini dicti conuentus ipſum vnanimiter eorum in abbatē elegerunt: et tandem vix multis deuictus precibus aſſenſum prebuit. Sicque claudius quantum in hoc mundo ſe humiliare ſtuduit: tanto plus apud deum ⁊ homines exaltari meruit. Quod vtique non ſine diuina diſpenſatione factum eſſe creditur: vt in loco vbi plures floruerunt ſancti: ſanctiſſimus archipreſul adunaretur, et locus ipſe inſignior efficeretur. Multi ergo non ſolum clerici verumetiam nobiles et burgenſes audita ſanctitatis eius fama ad ipſum confluebant ſancte conuerſationis habitum inſtanter poſtulantes. Quos vir ſanctus abſꝙ difficultate et perſonarum acceptione recipiebat: eoſque ad perfectionis culmina ſummopere prouehebat. Quales vero filios ſpirituales ibidem enutriuerit non eſt noſtrum dicere preſertim cum quiſquis ipſum ſanctum locum viſitando ex multitudine ſanctorum corporum qui nūc ibidem venerantur clare perſpicere poteſt. Poſſeſſiones etiam temporales quibus Chriſti famuli ſuſtentari poſſent ſecundum domini promiſſum dicentis. Quicunꝙ reliquerit domum, aut agros: patrem, aut matrem propter me ⁊c. centuplum in hoc mundo percipere meruit a fidelibus videlicet regibus et principibus: inter quos Clodoueus rex qui tunc franciam gubernabat monaſterio ipſius annuatim quinquaginta media tritici: et totidem ordei cū quinquaginta libris denariorum argenti perpetuis temporibus dari conſtituit. Pauperibus vero Chriſti et hoſpitibus ſuperuenientibus omnem humanitatem in eleemoſynarum largitione exhibuit. Ornamenta eccleſie, ſcilicet libros: calices cum crucibus, et candelabris aureis, ⁊ argenteis pannis ſericis, ⁊ aliis diuinum cultum cernentibus maxime augmentauit ⁊ ſanctorum reliquias in capſulis precioſiſſimis reuerenter collocauit. domoſꝙ ipſius monaſterii ac edificia decenter reformauit. Anno igit̃ quarto Childeberti regis francorum cum iam Claudius pater ſanctiſſimus annis quinquaginta ſeruus Chriſti in predicto monaſterio. laudabiliter prefuiſſet ſenex multum et plenus dierum totis viſceribus ad dominum ſuſpirans immunis etiam ab omni macula incidit in quandam infirmitatem leuem. Preſciens ergo obitus ſui diem imminere: tertia die omnes monachos ſuos conuocari iuſſit ad ſe luculētiſſimum ſermonem eis faciens dulcibus exhortationibus eos monendo vt ſuper omnia diuino amori nihil preponerent: ⁊ omnes preſentis mundi delectationes amore eternorum ſpernerent ac de receſſu ſuo minime cōtriſtarentur. Cumꝙ ſingulos de receſſu ſuo abbate vberrime flentes cerneret: miſericordie viſceribus motus quibus ſemper

affluebat: accepta ab omnibus pace eos ad cellas deſtinauit: totamqꝫ noctem ſequentem in orationibus peregit. Quarta vero die in oratorium pergens ſacramenta penitētie cum perceptione corporis Chriſti totus perfuſus lachrymis deuotiſſime ſuſcepit: et inde ad cellam ſuam reductus: ne corpus ſuum alibi quam in ipſo monaſterio ad euitandas ſeculi pompas ſepeliri precepit. Quinta igitur die circa horam diei nonam reclinatus ſuper ſcannum ſuper quod legendo vel orando ſedere aut ſtare conſueuerat: erectis ſurſuꝫ brachijs coniunctis manibus oculis ad celum ſuſpicientibus ſanctiſſimam ſuā animam dn̄o tradidit expirando. Cuius corpus in predicta eccleſia ſancti eugendi vſqꝫ nunc omnibus aduenientibus incorruptum et integrum demonſtratur innumeris coruſcans miraculis. Glorioſus igitur deus in ſanctis ſuis ⁊ in mateſtate mirabilis: ⁊ ſi cunctos eius miniſtros altis magnificet preconijs ⁊ celeſtis efficiat beatitudinis poſſeſſores illos: tamen vt digna dignis impendat maiori miraculorum illuſtrat gloria: quos apud ipſum cōmendat iugis excellentia meritorum in celis. Quapropter ſanctiſſimus archipreſul claudius quante apud deum ſit poteſtatis ⁊ meritis ipſa quotidiana ⁊ quaſi innumerabilia miracula que cūctis ipſum deuote inuocantibus exhibet clare demonſtrant. Ipſe namqꝫ dulciſſimus conſolator deſolatorum / captiuorum liberator: reſurrectio mortuorum: lumē cecorum: auditus ſurdorum: mutorum eloquium: tutor naufragantiuꝫ: monachorum ſuffragator: impotentium / ⁊ languidorum ſanator: medicine refugium: via errantium: ſalus cunctorum ad ſe recurrentium merito appellari poteſt. Et ſi cuncta miraculorum ipſius geſta hic inſeri deberent nimis tedioſum redderēt lectorem: et ideo pauca non ſingula hic annectere curauit. Si quis vero ea curioſius perſcrutari voluerit reperiet in ſupradicto monaſterio ſuo magna volumina ſtupenda admiratione conſcripta. Iuuenis quidam audita mirabili ſanctiſſimi patris claudij fama ad monaſterium iurenſe peregrinationis cauſa venit. Qui pre grandi populorꝫ multitudine qui ad predictam eccleſiam tunc confluxerāt oppreſſus ſtatim expirauit. Quem quidam reuerēdiſſimus in chriſto pater tarenthaſienſis dioceſis metropolitanus qui inter ceteros tunc aderat benigno pectore amplexans gemitu lachrymoſo infremuit et ad corpus beati claudij quā totius veniens eius ſuffragia apud deum flexis genibus implorauit. Cuius interuentu viri dei precibus exauditis adoleſcēs in exēplum credentium priſtine ſanitati redditus palam omnibus ſurrexit incolumis. Duo pueruli etatis primeue innocentia ſimplices apud ſurriacum in ripa fluminis pueriliter colludebant. Quorum alter properantis aque leuitatis inſcius pedem fluminis immergens preceps elabitur: qui manus tremulas circunquaqꝫ iaciens mater voce cōfuſa clamitabat. Hunc ſtatim alter ſubſequitur. Tunc ambo perplexis genibus ſubmerſi tempeſtuoſo amnis in impetu rapiſitur. Nec mora filiorum parentibus innotuit naufragiū improuidi excitantur inconſulte properant: clamore obſtrepunt chara pignora deo ⁊ ſancto claudio tota deuotione committunt: ⁊ pueris non comparentibus plus ſpacio vnius ſtadij currunt precipites donec ad vndarum ſuperficiem redeuntes immiſſos fluctibus extraxerūt. Horum alter ſemiuiuus: alter venis deficientibus frigidus aquis reiectis quas abſorbuerant reſpirantes virtute dei ⁊ beati claudij patre ⁊ matre atteſtantibus: ad priſtinum vite ſtatum ſani et hilares redierunt. Mulier quedam pontia nomine thalamo ſuo quadaꝫ die reſidens filium materno affectu blandis amplexibus refouebat: et miti ſuſurro cantilene demulcens deoſculabatur eū. Sed callidus humani generis temptator veneno inuidie tabeſcens muliercule peccatrici foucam perditionis preparabat. Qui feneſtram aduolans ſub imagine coruina mulieris aſſiſtebat auricule ⁊ ſub mellis dulcedine virus effundens aurum: et argentum ⁊ mundi fallentes diuitias promittebat ſi acquieſcens ei filium enecaret. Sic malignus innata calliditate maternum pectus exaſperans matrem armauit in filium. Que in ora ſui pignoris pollicem inijciens: pietatis oblita guttur digitis comprimebat. Tunc inimicus innocentie in faciē euolat mulieris ⁊ vngues infigens gutturi matrem cū filio ſuffocabat. Quos pauco murmure vix reclamantes: commater audiens admirans quid hoc eſſet celeriter intrauit cameram ⁊ rem inauditā oculo perſpiciens exclamauit. Statim ſpe fruſtratus demon ab oculis eius euanuit. Deinde ioannes maritus pontie poſt commatrem ſuā accurrens vxorem ⁊ filium iacere vidit exanimes: et apprehendens eam mutam ⁊ manibus debilitatā inuenit. Et cognito a commatre qualiter vxor eius oppreſſa a demone filium ſuum iugulare tentaſſet: profuſis lachrymis illā deo ⁊ beato claudio reddidit. Quibus ſtatim ad ſepulcrum beati claudij pariter properantibus / ⁊ in orationibus proſtratis: infelix mulier: quia ore non poterat veniam delictorum et corporis ſanitatem cordis affectu poſtulabat. Et paulo poſt conſurgens manuum ſanitate recepta non ſolum verbo ſimplici loquebatur: ſed etiam hoſtis inſidiantis machinam inſuper dei ⁊ beati claudij magnalia expedite enarrauit. Puer quidam non longe ab ambroniaco: ſtans ſupra fontem: imagini ſue ab aqua repercuſſe pueriliter arridebat: ⁊ ī ſimplicitate ſua caput īclināſ in aquā decidit: Tunc voce horribili clamitās: tandē ſubmerſus defecit. Interim viator quidam vt ſitim quaꝫ ex eſtu collegerat ſolis ſedaret ad ſupradicti fontis fluentia diuertit. Et puerum in profundo iacenteꝫ arripiens cuidā petre ſupra poſuit ⁊ corpus iam frigidum omniqꝫ vitali calore deſtitutum videns ipſum diu mortuum fuiſſe cognouit. Conuerſuſqꝫ ad aggreſtium caſulas que prope aderant cuius filius eſſet requirebat. Ad cuius vocem reclamantem vicina mater pueri proſilijt et querulofis vocibus fili mi vbi es: fili mi ſedule iterabat. Quem mortuum inueniens deſuper flebilis et miſeranda incubuit. Vicinis autem et notis eam conſolantibus monialis quedam de karoli ſuperuenit. Que tanto dolori compatiens matrem ⁊ parentes commouit vt quem diſpoſuerant ſepelire: deo ⁊ beato claudio redderent. Qui ſpe fideqꝫ roborati virtutem dei qui in ſanctis ſuis mirabilis eſt: pura ⁊ ſimplici deuotione requirentes proſtrati in terram orauerunt. Statimqꝫ ergo puer qui mortuus fuerat oſcitans oculos aperuit ⁊ cum ſuſpirijs vocem emittens ſurrexit viuus. Alius quidam per ſeptem annorum filius cuiuſdam ſtrennui militis henrici de plautain de pōte quodā cecidit in foſſalibus aquis plenis que domum predicti militis circuierunt. Et cū iā ꝑ ſpaciū vnius leuce ⁊ amplius in profundo ſubmerſus iacuiſſet nihil de eo preter caput ſui cornu apparuit. Quapropter ꝑplo magno ſtrepitu vociferāte pri ⁊ moſt

lus tunc haud lõge in eccleſia fuerant reo lamentabi=
lis innotuit. Qui ſtatim accurrẽtes viderũt filiũ corã
eũ nudũ ⁊ expoliatũ in ſudario religare. Supradict⁹
ergo miles toto corde ad dei famulũ claudiũ cõuerſus
omnes pro ſalute pueri feruenti ſpiritu orari monuit.
Quibus orãtibus ilico puer oculos aperuit: ⁊ ingemi
ſcẽs ſuſpiria ꝓtulit ⁊ patrẽ ĩtuẽs ait. Pater ne timea
tis viuo ego ⁊ me ſanũ ⁊ hilarẽ habebitis. Oẽs igitur
gratias agẽtes deo ⁊ ſancto cõfeſſori ſuo claudio vota
⁊ oblatiões pſoluerũt. Mulier quedã vxor ioãnis ni=
colei ciuis lingonẽſis abortiuũ peperit. Oẽs ergo me
rore cõſtricti trib⁹ diebus ⁊ tribus noctibus in quadã
predicte ciuitatis eccleſia in orationibus vigilantes
dñm exorauerũt quatenus ſpiritũ vite ſupradicto pue
ro infundere dignaret vt ſacri baptiſmatis ſacramẽto
perfrui mereretur. Et cũ nullũ cõſolationis ſignũ ex=
perirent tandẽ rector ꝑdicte eccleſie patri ipſius pueri
magnalia que dñs per ſeruum ſuum claudiũ operatur
ad memoriã reduxit. Statimq; cũ pater votum ſancto
claudio emiſiſſet et puer in medio eccleſie deferendus
eſſet: ꝑdictus puer vrinã emittere exordiuit: ⁊ ſucceſſi=
ue vagiare. Ad cui⁹ rei nouitatẽ pulſatis cãpanis quaſi
tota ciuitas cõcurrit deo ⁊ beato claudio imẽſas gra=
tiarum actiones reddendo. Puer ergo baptizat⁹ non
longe poſt obijt ⁊ pater ipſius ſine mora corp⁹ beatiſſi=
mi archipreſulis claudij deuote viſitauit. Cũ etiã ſimi
li modo vxor ioannis de lierna de luxi in burgundia
abortiuũ peperiſſet ⁊ in quadã capella in honore bea=
te katherine fundata vna nocte ipſum corp⁹ mãſiſſet
tandẽ altera die ad eccleſiã btĩ claudij cum oblationi=
bus apportatum intra miſſarũ ſolẽnia ſub eleuatione
corporis chriſti plorare cepit cunctis qui tunc aderãt
admirãtibus. Quem ſacerdos ipſam miſſam celebrãs
poſtmodũ viuũ vidẽs ſacro baptiſmatis lauacro letus
ꝑfudit. Qua de cauſa pater pueri cum ieiunio panis ⁊
aque tot⁹ nudus corpus ſctĩ claudij ex voto viſitauit.
Aliud quoq; miraculũ omni admiratione dignũ cõti=
git nuper. ſ. anno dñi. M.cccxlij. Mulier eñi quedam
ſtephana nõie de ciuitate lugduni ĩfirmitate q̃dã gra=
ui vexata: manũ ſiniſtrã penit⁹ quaſi abſciſa eſſet ꝑdi=
dit. Que cũ lõgo tẽpore apud monaſteriũ monialium
ſctĩ petri deſerte ciuitati lugduni in eiuſmodi infirmi=
tate perduraſſet: et adhuc ſucceſſiue predictus morb⁹
reliquum brachij corrodere non ceſſaret: tandẽ audi=
tis mirabilibus q̃ dominus per ſeruũ ſuũ claudiũ ope
rabatur ad monaſteriũ iurẽſe vbi corp⁹ eius colit ac=
ceſſit. Ubi cum aliquibus dieb⁹ cũ maxima deuotione
⁊ cõtinuis orõnibus vt ſup poſtulatis audiri mereret
ſanctũ claudiũ exoraſſet contigit vt in die btĩ lauren=
tij predicta mulier ante altare ſupra qd corp⁹ eius re=
ſeruat quaſi in extaſi poſita diu ꝑmaneret. Cumq; ad ſe
reuerſa. nihil pene ſicut ãtea ſenſiſſet vidit manũ ſuã
integrã ⁊ ſanã ſibi redditã: manui dextre ſolũmodo in
colore diſſimilẽ eo q̃ albior ipſa ac nouior appareret.
Hoc igitur miraculo vbiq; diuulgato dñs bartholo=
meus de boſcatio in v. roq; iure licẽtiatus vicari⁹ ⁊ of=
ficialis lugduni ad laudẽ dei ⁊ glorioſiſſimi cõfeſſoris
ſui claudij ꝑdictã mulierẽ corã ſe citauit ⁊ manũ ſibi
reſtitutã pene corã oĩ populo demonſtrare fecit: q̃ oẽs
teſtimonium perhibuerũt eã ſine manu ſiniſtra longo
tpe extitiſſe. Et exĩc feſtũ ſancti claudij ĩ tota lugdu
nẽ. dioceſi ſolẽniter celebrari fuit ĩſtitutũ. Adoleſcẽs
quidã manũ habens aridã a natiuitate auditis mira=
culoꝝ preconijs ad monaſteriũ cucurrit et attractatis
manib⁹ beati claudij manũ extẽdẽs cũ gratiarũ actio=
ne ſanus receſſit: matre mẽe in eccleſia lauſanẽſi miris
virtutib⁹ coruſcãte: ſacerdos quidã cecatis oculis il=
luc ſpe ſalutis cõfugiẽs aduocate noſtre melliflue im
plorabat ſubſidiũ. Qui lauacro ꝯfeſſiõis emũdatus ꝑ
viſionẽ in ſomnis ab eadẽ audire meruit. Surge ⁊ va=
de ad claudiũ fratrẽ in oratorio iurenſi quieſcentẽ ⁊ vi
ſum recipies. Qui excitatus feſtinãter abijt ⁊ viſuz re
cepit. Inde letus ⁊ hilaris cũ lauacro ⁊ reliquiarũ ſan
ctiſſimi viri ad propria reuertẽs puerũ quedã in aqua
ſubmerſuz ĩ ſpacio vnius diei exanimẽ periũxit ⁊ ſanuz
parentibus reddidit. Iuuẽcula quedam yſabella nõie
cũ totius corporis pulchritudĩe polleret viris ſangui=
num ⁊ incendiarijs ſe ſubijciẽs vitã culpabilẽ in ſani
corporis redimebat cõmercio. Quib⁹ relictis cuiuſdã
ſatellitis ꝑcibus arboſiũ venit ibiq; varijs libidinum
incentiuis dedita feminea leuitate corpus cuz anima
maculabat. Infelix tandẽ peccatrix vt miraculoꝝ bea
ti claudij preconia oculis auribuſq; ꝑciperet quadam
die ſacri corporis aſſiſtebat preſentie. Que ĩteriori lu
mine penit⁹ priuata viſiõe diuina corporeũ lumẽ ami
ſit ⁊ ad admiratiõe multoꝝ ſe nihil videre ꝯteſtans gemi=
tu animata lachrymabili ſingultu ĩ humũ ſe ꝓſtrauit.
Cum vero vſq; ad ſequẽtis ſabbati veſpere ĩ tenebris
cecitatis permãſiſſet corde deum reſpiciẽs ſpurcitias
peccatorum per confeſſionem ſincerã euomuit. Deĩde
abſciſſis crinibus ⁊ macula vicioꝝ penit⁹ deterſa ſe to
tam deo ⁊ beato claudio deuota cõtritione cõmiſit. Et
ſtatim recepto lumine ꝑ eam diuina miſeratio plebis
incredule dubietatẽ abſoluit. ¶ In balmẽſi territorio
erat quidã iuuenis ſolit⁹ armenta cuſtodire: cui qua=
dã die beſtias cuſtodienti aura quedã veniens ⁊ nociua
ſuperueniẽs vt ipſe poſtea retulit oculoꝝ lumine ipſm
penit⁹ priuauit. Qui veniẽs domũ cecitatis ſue dolo=
re languendo nullã conſolationẽ accepit. Cui beatus
claudius per viſionem apparuit dicẽs. O iuuenis q̃d
turbaris ⁊ cogitatiões aſcẽdũt in cor tuũ. Surge ⁊ ve=
ni ad me ⁊ ſanitatẽ tibi preſtabo. Cui ille ait. Domine
locũ habitatiõis tue ignoro ⁊ q̃ſio poſſum te inuenire
Et ille. Interroga diligẽter donec inuenias ſciens: q2
claudius vocor. Ille igitur ſurgens iuit ad ſacerdotẽ
ex ordine ⁊ viſionẽ narrans. Quod audiens ſacerdos
de negligentia eũ durius redarguit eo q̃ viro dei non
ſtatim obedierit viã ei demonſtrans per quã ire debe=
ret. Cumq; pergens in itinere aliqualiter deuiaſſet: et
retardationis ſue impatiẽs ſcẽm dei inuocaſſet: virtu
te dei viſum repente recepit. Qui letus effectus ad ſe=
pulchrum viri dei properauit ⁊ magnalia dei cunctis
ꝑ ordinẽ narrauit. ¶ Mulier quedã biſuntina a biẽnio
cecitatẽ oculoꝝ incurrit. Cũq; ſe ſancto claudio vouiſ=
ſet ⁊ fero vehiculũ ⁊ expenſas itineris diſpoſuiſſet: ſe=
quẽti nocte mẽbra ſuo lectulo refouens: cõtinuo virũ
dei claudiũ aſtantem ꝯſpexit. Cuius viſionis excitata
preſagio ſummo mane ſurrexit ⁊ viã cũ filia manu de=
bilem aggrediẽs vſq; ad ſepulcrum ſctĩ claudij lumẽ
oculorũ humiliter depoſcẽs puenit. Qua in orõne cuz
plena fide ꝑſeuerante ſubito oculos aperuit ⁊ capſulã
cum reliquijs agnoſcens ad filiã paulo longius orãtẽ
cõuerſa dixit. Letare filia ⁊ exulta: q2 mater tua viſum
recepit. Ecce video ſingula que oculo ꝓſpici põt. Cui
filia. Mater mater letemur ⁊ ineffabili gloria deum et
amicũ eius claudiũ collaudemus: q2 eadẽ hora qua te
dñs reſpexit manũ meã quã debilẽ noſti ſanã inuenio.
Multi ergo nobiles ⁊ matrone preſentes hoc viderũt
⁊ pre gaudio flentes deo ⁊ btõ claudio gratias egerũt.
¶ Mulier quedam de grandiſono corporis virib⁹ diu

tius deſtituta iacebat. Cui btā dei genitrix ſignuꝫ ſancte crucis, in viſiōe offerēs eā ꝙ citius ad ſanctū claudiū iter feſtinare ꝯmonuit. Que mane cū vicinis egreſſa dimiſſo aſino in via quē ꝯduxerat ad ſacrū corpꝰ in comitata ꝑueniens pedibꝰ greſſum ⁊ corporis ſanitatē deo miſerāte recepit. Alia quedā mulier de villula que bitonia vocat̄ mēbris debilibꝰ lecto decūbēs vidit in ſomnis btm̄ claudiū baculum ſibi porrigere que euigilās ⁊ baculū in manu inueniēs ſummo mane ꝓfectura ſurrexit ⁊ ꝑdictū baculū accipiēs vſq ad ſanctū claudiū viro ſuo comitāte peruenit. Facta igit̄ oblatiōe ⁊ pedibꝰ ſancti viri deoſculātis in orōne ꝓcidēs debilitatis ſue remedium ꝓfuſis lachrymis poſtulauit. Tūc ad celū erectis manibꝰ articulis innixa ſe nullū ſentire dolorem oībus circūſtātibꝰ indicauit: ⁊ glorificās deū ⁊ btm̄ claudiū cū reliqs ad altare rectis pedibus ꝓperauit. Conuerſa quedā ſcti roberti de caſa dei graui ꝑcuſſa egritudine toto corꝑe imbecillus lectulo decubuit. Cui beatꝰ claudiꝰ i ſomnis apparuit ſub epāli habitu baculū paſtoralē baiulās ſibi ſanitatē ꝓmittebat. Que ſurgēs debilitatis imemor hilari greſſu corpus ſanctū expetijt. Que labijs ⁊ oculis ꝯtrectis liberata morbi infeſtationeꝫ deo miſerante penitꝰ euaſit.

¶ Vir ꝗdā apud annonas mēbris īferioribꝰ ab adoleſcentia cōtractis nixu manuū miſerabiliter incedebat Qui ab vxore ⁊ parentibus equo collocatus ⁊ vſq ad grandiſonū perductꝰ ibidem deſcendit affirmans ſe beati claudii qualitercūq greſſu ſine vehiculo petituꝝ. Quo paulo longius egreſſo obuiā habuit ꝙ plurimos qui virtutes ⁊ miracula q̄ ipſi oculis viderant eidē cū admiratiōe retulerūt. Igit̄ ſtatim fidei adiutꝰ adminiculo crura cū pedibꝰ extendens innixus articulis ſurrexit: ⁊ pre gaudio curſitās leta hilariq facie cū vxore expedito greſſu vſq ad corpus ſctm̄ ꝑuenit grās agēs deo qui ꝑ famulū ſuum claudiū ſibi ſanitatē contulit.

¶ Mulier ꝗdā ſalineſis mēbris diſſolutis triēnio debilitata ad ſctm̄ claudiū in humeris hoīm allata fuit. Que manibꝰ expāſis ante altare ꝓſtrata ad ſanctū dei voce lachrymabili reclamabat: mēbruꝫ valitudinē in humilitate depoſcens. Que ſtatim orōne facta iūcturis crepātibꝰ articulis innixa ſurrexit ⁊ recto greſſu corā oībus ambulauit. Frater vero eiꝰ q̄ tali miraculo nō interfuerat caſu ſuꝑuenit: ⁊ vidēs ſororē ſuā ambulantē nimia ammiratione repletus dixit. Sana facta eſt ſoror mea. Et illa. Gratias ago oīpotenti deo ⁊ dño meo btō claudio per quē ſanata ſum ⁊ rectis pedibus ſicut tu ipſe vides incedo.

¶ Super arboſiū agni ouiū quos ꝯuerſus quidā cuſtodiebāt neſcio qua vertigine tremuli ſe oīno ſuſtinere nō poterāt. Quaꝝ infirmitati ipſe cōdolens coꝝ debiliorem btō claudio reddidit ſi ceteros a ꝑdicta clade liberaret. Quo reddito agni facto agmine cucurrerūt matrū vbera cū oī hilaritate ſuggētes. Tūc ſtatiꝫ ꝯuerſus pre gaudio currēs agnū quē deo ⁊ btō claudio vouerat in ꝑſentia multoꝝ qui aderāt ante ſepulcrū eius grās agēs obtulit.

¶ Rure mariniaco vir ꝗdā habitabat cui ex ſuꝑfluitate ſāguis natū apoſtema dextrū brachiū totū occupauit: qđ in breui mirū tumorē excreuit: vt ab eodē viro a latere q̄ſi infantulꝰ poneret̄. Cūq cōtinuo dolor excreſceret intm̄: vt ꝑdictus vir oēm corporis quietē et ciborū ſaporē amitteret. Tādē quadā nocte in lecto iacēs: vt ipſe teſtatꝰ eſt clare vigilaret: vidit pre oculis aſſiſtere virū aſpectu decorum facie venerabilē indutum ſtola candida ⁊ obſtupuit. Qui quaſi in extaſi poſitus in voceꝫ ꝓrumpēs. qs eſſet inqſiuit. At ille claudiꝰ inqt ſeruꝰ xp̄i ſum q̄ tuus mīa ad te debilē acceſſi. Et ſtatim brachium ipſius crucis ſignaculo facto muniens ſanitateꝫ plenariā reddēs euanuit. Tūc puella ꝗdā ipſiꝰ viri filia q̄ nō lōge in lecto quieſcebat patrē cū quo loqueretur inqſiuit. Quā ille increpās tacere iuſſit. Et paulo poſt timore excuſſo brachiū erigēs leſionē nullā ſenſit.

Libere cōditiōis adoleſcēs ꝗdā diuitijs ꝑpotēs in quadā villula ꝓpe lugdunū morabatur. Qui cōplexione viciata guttā artetica nō abſq magna mēbroꝝ iūcturarūq ꝯtractione incurrebat. Hic itaq pedū deſtitutus officio totiꝰ ꝑrimonij ſubſtātiā in medicos erogauit. Cū vo nil amplius qđ daret haberet oī ſpe ſalutis ab ipſis derelictꝰ quid iā facere debeat ignorauit. Inter notos igitur mēdicare erubeſcēs relictis parētibꝰ triſtis vehiculū aſcēdit diſiōneq̄ trāſuectus eſt. Vbi cuꝫ iam ſex annis in paupertate magnaq corporis debilitate ꝑmāſiſſet: tādē auditis miraculis q̄ ꝑ ſctm̄ claudiū fiebant fidē cōcepit vt ſi nō corpꝰ ſaltē in fimbriā aliquā veſtimēti eiꝰ cōtingere poſſet ſe ſaluum fieri credidit. Baculis igitur innixus ire tentauit: ſꝫ minime potuit Quapropter vehiculis ⁊ quadrigis trāſeuntibus dolam vſq peruenit: atq iaꝫ firmiore ſpe ſanandi roboratus ſctm̄ claudiū inuocās ſolius baculi fulcimēto vſq ad optatum locū ꝑuenit. Cūq oratoriū intraſſet ⁊ orōne facta pedes ſacri corporis oſculatus fuiſſet: ſtatim reiecto baculo ſanus effectus cū graꝝ actione ad parētes ſuos hilaris reuerſus eſt.

¶ Homo quidā in villa ſancti albani ſpū maligno agitatus vxorem ⁊ filios minaci vultu deterrebat. Quē amici ſui ligatū funibus ſuperpoſitū vehiculo ad ſepulchrū viri dei ꝑducere ſatagebāt. Cū igitur loco appropinquaſſet ⁊ demoniacus pinnaculū tēpli aſpexiſſet cōtinuo clamauit. Cur me ceditis: aut me ligatū tenetis: dei ⁊ beati claudij miſeratione ſanatꝰ ſum ſoluite me nihil timentes. Quem ſtatim ſoluentes in preſentiam corporis amici dei cū oblationibus perduxerūt. In territorio ſancti eugendi quedam puella. xv. annoꝝ quadam vice in viſione nocturnali adeo perterrita fuit: vt quinq annis in lecto decūbens nihil oīno ſibi vel potius niſi aliqn̄ ſemel per mēſem vel circa pomū coctū degluttire poſſet. Et quia ſemꝑ bone fame honeſteq vite fuit: primo infirmitatis ſue anno bis cōfeſſa a proprio ſacerdote corpus dominicū cū magna reuerētia ſumpſit. Egritudine igitur inualeſcente quatuor annis ſequentibus nō ſolū loquendi: verū etiam viſus beneficio in toto priuata fuit. Multe vero honeſte perſone miſericordia ſuꝑ ipſam mote eam ſepius viſitabant. Inter quas cū generoſa domina katherina de beaſremō ſemel aduenīſſet ⁊ miſeram illam inſpexiſſet amariſſime flere cepit atq fletis genibus diu orans tandem benignis exhortationibus ad penitentiam prouocauit: dicens etiā vt omnipotenti deo eiuſq famulo claudio ſe totam cōmitteret ſecurā: vt qui tot ⁊ tāta miracula in remotioribus locis perageret ſibi tāꝙ proprie eiꝰ famule ſubuenire nō dubitaret. Statim illa in ſignum vere fidei manus ad celū eleuans ꝓfundiſſima ſuſpiria emiſit. Sequenti igit̄ die iuſſu deuote ac nobilis dñe ſupradicte ad monaſterium ſancti claudij multis comitantibꝰ in grabato portat̄. Tunc ante ſacrū altare poſita multis effuſis precibus a circūſtantibꝰ ſtatim oculos aperuit: ⁊ hinc inde circūſpiciens ſtatim meritis ſanctiſſimi ꝯfeſſoris claudij ſuper poplites ſe erexit: ⁊ ſurgens velocius pedes ſacri corporis oſculari non diſtulit. cū lachrymis clara voce deū in ſancto ſuo magnificans. Cui eſt honor ⁊ imperiū in ſecula ſeculoꝝ. Amē.

¶ De ſancta Barbara. clxxxvij.



Erat tēpore maximiani imperatoris vir quidā gētilis in nicomedia nobilitate generis preclar⁹ ac tēporaliū rerū abūdantia ſummus nomine dioſcorus. Cui erat filia ſpecioſiſſima noīe barbara. Ipſa aūt qꝛ erat corpe pulcherrima eā pater plurimuꝫ diligebat: quapꝛopter recluſit eam in turri altiſſima quā eidē edificari fecerat ne ab aliquo hoīe videret. Erat beata barbara ingenioſa ꝛ a tenera etate vanas cogitationes relinquēs cepit diuina cogitare. Cū em̄ ſemel tēplū intraret vidēs ſimulachra parentib⁹ ſuis ait. Quid ſibi volūt he ſimilitudines hoīꝫ Reſpōderūt parētes. Taceas nō hoīm ſed deoꝛū ſunt ꝛ volunt adoꝛari per illud qꝺ neſcitur ꝛ qꝺ nō videt. Barbara dixit. Fuerunt quondam hoīes quos nūc colim⁹. rñdent ita. Ex hoc beatā barbara die noctuſqꝫ replicabat tacita dicens: ſi hoīes fuerunt dij noſtri ergo nati ſunt vt hoīes: mortui ſūt vt hoīes ſi dij eſſent nec nati fuiſſent nec moꝛtui: qꝛ deitas vt mihi videt nec cepit nec deſinit eſſe: hō etiā habet originē terre qꝛ terra eſt materia ei⁹: ſi ergo hō de terra eſt ꝛ homo deus eſt: ergo aliquid preceſſit eū qꝺ ei⁹ origo dicit. Si aptius diceremus: terrā deū ſed qꝛ nec terra a ſe eſt nec celum a ſe nec aer a ſe: nec aqua a ſe: ex quib⁹ quatuoꝛ elemētis cōſtat hō: ſꝫ creature ſunt neceſſe eſt his eſſe creatorē. Ecce q̄ta ſapiētia in tā iuuenili puella. Tandē tradita ſtudijs liberalib⁹ alta trāſcēdebat: ſꝫ defuit ei notitia veri dei: vanos aūt deos occulte ſpꝛeuit ꝛ cum videt dijs. ſ. lignis ꝛ lapidib⁹ flectere genua: ſenſibilia inſenſibilibus mutis aīo valde correxit: idcirco venit rumoꝛ laudis nicomediā clamās ſapiētiſſimū viroꝝ alexandrie fore. ſ. originē cui⁹ facundia totā terrā pfunderet dūerſis indicijs daret cognoſcere verā deitatē ꝛ idoloꝝ cōfunderet vanitatē. Hec audiēs beata barbara multū gauiſa eſt i domo pectoꝛis ſui ꝛ cepit ſedule tractare q̄ gſic poſſet eū audire. Erat em̄ pater ei⁹ nobilis ꝛ valde potēs: ergo myſteriū ſuū ei nō reuelauit. Cum neminē curatorē haberet recurrit ad hoc cōſiliū vt literas eidē ſapiētiſſimo origeni dirigeret: ꝛ ſecretū ei patefaceret i hec xba viro alexādrie nobilitate animi lōge lateqꝫ ꝯſperſo origeni barbara nicomedie tua ancilla dec⁹ ꝛ honorē deſiderij mei accepi fore te xc diuinitatis oſtenſorē. A prima eiu ſcintilla ingenij mei cū toto corde cōcupiui vt ad veri dei notitiā puenirē mēte cōcepi nullā deitatē ineſſe lignis ꝛ lapidib⁹ q̄ humana arte cōpoſita ſunt: q̄ nō recipiunt ſenſibilitatē ꝛ nec loq̄ nec audire poſſunt. Vñ ſemp ptractaui eſſe falſos deos: nec hoīes poſſe eſſe deos: qꝛ homo incipit ꝛ deſinit eſſe: de⁹ aūt ante tēpoꝛa fuit nō ergo vnq̄ deos credere potui q̄s hoīes moꝛtales cognoui. In multis tñ motibus poſita ſemper deū nobis ignotum pꝛoculdubio eſſe putaui qui ſolus cūcta fecit quē ſemp amaui: huic me ſemp deuoui a quo ſum id qꝺ ſuꝫ: niſi me ſnīa fallit cui⁹ ſpiritu animatā me ſentio: ne deſiſtā donec ad eū ptingam. Quapꝛopter fame tue tumultu pcuſſa pater venerabilis: mentē meā his aptius voluere cenſui illū deū ſolūmodo veſtigare cui⁹ cognitionē apōte eſſe cognoui. Unde ſi ita eſt vt fama refert ſupplices offero preces quatenus diſcutere digneris noctē ignorantie chaos confuſionis ab ancilla tua ꝛ inducere: ſolem iuſtitie lumēqꝫ diſcretionis. Appeto em̄ verū deuꝫ ſcire q̄ fecit viſibilia ꝛ inuiſibilia ꝛ vtrum vere vnus ſit vt ipſa iam nunc dudum mecum argumentata ſum ꝛc.

Hanc epiſtolā direxit ad alexādriā ad originē pſbyterū que eſt in partib⁹ aphꝛice caput regionis illis lōge diſtans a nicomedia. Ne aūt priuaret legatione quam legauerat ad deū quem nouerat in cubiculo codris ſui lachꝛymas fundit dicēs: dñe firma pedē ei⁹ quē ad famuiū tuū miſi ne aut me aut illū moꝛs pueniat vſqꝫ re legatio veniat. His ꝛ alijs poſtulationib⁹ q̄bus deuote peterat nuncius alexādriā ingreditur originē reperit in palatio māme matris alexādre ceſaris vbi occupat in docēdo xpianā religionē. Qui letitia magna literas barbare accepit laudans deū q̄ hmōi ſemē ſuſcitabat ꝛ talia opat. Et ſtatim origenes doctoꝛ xpiātiſſimus accelerat ꝛ edidit deſideriū barbare in hūc modū. Origenes veri dei īdignus ſacerdos et vt poſſibile eſt oſtenſoꝛ ei⁹ adhuc etiā alexādrie nūc degens. Barbare barbarice gentis adoptionē filioꝛū dei ꝛ ieſu xpi verā ſalutē ſicut ſcripſeras ſcire te velle verum deū quia ſit. Scire debes q̄ vn⁹ eſt verus deus in ſubſtātia ꝛ trinus in pſonis. ſ. pater ꝛ fili⁹ ꝛ ſpūſſctūs. Quicūqꝫ hec oīa credit oīno hꝫ q̄ ad deū ptingere poſſit: tu aūt hec intellige ꝛ intellecta crede: ſi q̄d defuerit ad plenitudinē deſiderij in legato reqre: q̄ te legē ſcrām erudiet: libros quos ſecū deferi tibi leget. Nō etiā dubites te p noīe xpi multis toꝛmētis tradi. Ipſe em̄ dicit. Luce. ix. Qui pdiderit aīam ſuā in hoc mūdo ppter me in vitaꝫ eternā cuſtodit eā. Origenes miſit vnū ex plurib⁹ cuꝫ nuncio barbare ad barbarā q̄ modū magno deſiderio eius daret. Preceſſit nūcius barbare ꝛ nūciauit nūciū viri dei adeſſe fecit ꝛ pmiſit eū foris ſtare vtrū conueniēs eſſet eū intrare. Tūc illa hoīeꝫ aduocari fecit: q̄ ingreſſ⁹ offerēs ſalutationē in xpo illa aſſurgēs inclinatur ꝛ iā dei nomē q̄ hoīem venerat. Pater ei⁹ gr̄a viſitationis ad eā veni ꝛ vidēs virū ignotū tremēs inquit. Quis hic ꝛ cur hic? Rñdit alexādrinus medēdi arte peritus q̄ ſpōdet magiſtrū ſe habere alexandrie q̄ contra vſus medicoꝛū etiā aīas curat. Pater audiēs receſſit ꝛ cēceſſit cū ea fieri colloquia. Tūc valētius ſacerdos ꝛ barbara cōferūt inē ſe ſua myſteria: ibi tūc plecte epiſtola ꝛ bene docta qꝺ defuit epiſtole ad plenitudinem deſiderij a legato q̄ſiuit ꝛ ad libitū inuenit. Cognito auteꝫ q̄ pater ꝛ filius ꝛ ſpiritusſanctus ſit ſolus deus ꝛ quomodo fili⁹ miſſus ſit a patre ꝛ p ſuſceptā humanitatē hoīem perditum reuocaſſet: captiuū redemiſſet: ꝛ p ſacrum lauacrū eius peccata lauiſſet accelerauit ad baptiſmi gratiam ꝛ ab eodeꝫ pꝛeſbytero valentio quē origenes ad ipſam miſerat: baptizata eſt in turri in qua pater eam poſuerat: amplius que dei erant queſiuit et que ſurſum ſunt cupiens libꝛos quos ei origenes miſerat frequenter legit ꝛ valde exercuit in ſcientia diuinoꝛum etiam ſine magiſtro: et in ſapientia diuina. Legitur etiaꝫ de ea q̄ quia pulchꝛa fuit quidam de optimatibus terre illius patri eius locuti ſunt: vt virum ſibi acciperet. Ipſe vero accedens ad eam in turrim perſuadebat eam dicens. Filia mea quidam de potentibus commemoꝛati ſunt mihi de te vt acciperent te in coniugio: quid ergo vis de hoc: ipſa vero intuita patrem cum ira dixit. Ne cogas me hoc agere pater. At ipſe receſſit ab ea: deſcendenſqꝫ inſtituit multitudinem artificum qui facerent lauacrum et conſtituit quomodo fieri debuit tribuens ſingulis mercedem in integrum pꝛofectuſqꝫ eſt in regionem longinquam deſcendenſqꝫ famula dei de turri videre opus quod factum eſt vidit contra ſeptentrionem duas ſolummodo feneſtras: et dixit artificibus. Quare duas feneſtras inſtituiſtis. Dicunt ei. Pater tuus diſpoſuit.

Quib⁹ illa. Facite mihi aliam feneſtram. Cui dixerũt. Timemus dñã ne indigneť pater tu⁹ ꝯ nos. Dixit eis famula dei. Facite mihi feneſtrã: ego de hoc acquieſcere faciã patrẽ meũ. Ipſi vero fecerunt aliã feneſtram. Perambulãs vero barbara in natatorio cõtra orientẽ inſtituit in marmoribus ei⁹ digito ꝓcioſam crucem. Depoſt aſcendẽs in turrim vidit ſimulachra q̃ colebat pater eius: ſuſcipiẽs ſpm̃ ſctm̃ inſpuit in faciẽ eorũ ⁊ dixit. Similes veſtri fiant q̃ faciunt vos ⁊ oẽs qui confidunt in vobis. Finitoq; opere reuerſus eſt pater ei⁹ de peregrinatione ⁊ contẽplatus tres feneſtras dixit artificib⁹. Quare tres feneſtras inſtituiſtis. Dicũt ei. Filia tua ſic nobis precepit. Ipſe vero ait filie. Tu imperaſti tres feneſtras fieri. At illa. Etiã bene feci: nã tres feneſtre illuminãt totũ hoĩem. Et aſſumens eã pater eius deſcẽdit in natatorio ⁊ dixit ei. Quomodo abundantius illuminant tres feneſtre duabus. Illa rñdit. Tres ſunt mundũ illuminãtes ⁊ ſtellarũ curſum regulãtes: pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanct⁹ ⁊ hi tres vnũ ſunt in eſſentia. Tũc furore repletus pater tulit ſpatam ſuã vt eã occideret. Ipſa aũt orabat ad dñm et abſciſſa eſt petra ⁊ ſuſcepit eam intus et eiecit eam ſup mõtem in quo duo paſtores erant paſcẽtes oues ſuas: ⁊ illi cõſiderauerunt ꝙ beata barbara a facie patris eius extra patriã fugeret. Pater aũt eius queritando diſcurrens venit ad predictos paſtores inquirendo vtrum barbaram filiã ſuã vidiſſent. Unus aũt eorũ cõſiderans iram patris iurauit ſe neſcire eam: alter vero eam digito ꝓdidit. Beata aũt barbara proditori ſuo maledixit: ⁊ ſubito ipſe verſus eſt in ſtatuã marmoream ⁊ oues eius in locuſtas mutate ſũt hoc apocriphũ eſt. At pater eã reperiens flagellauit ⁊ coma traxit eam cathenis ⁊ claue recluſit vt nõ aperiret ei quiſq̃: cõſtituitq; cuſtodes vſq; dum abiens nunciaret preſidi martiano. Audiẽs ergo preſes iuſſit eam preſentari. Preſes aũt vidẽs miram pulchritudinẽ eius dixit ei. Quod vis parce tibi ipſi ⁊ ſacrifica diis aut acerrimis tormẽtis traderis. Cui illa. Ego habeo ſacrificare deo meo ieſu xp̃o qui fecit celum ⁊ terrã mare ⁊ oĩa que in eis ſunt. De demonibus tuis dicit propheta pſal. cxiij. Os habent ⁊ non loquentur oculos habent ⁊ non videbunt ⁊c. Similes illis fiant qui faciunt ea ⁊ oẽs qui cõfidũt in eis. Tũc preſes furore repletus iuſſit eã expoliare ⁊ carnes eius neruis taurinis ſine miſericordia diſcerpere: ita vt omne corpus eius inquinaretur ſanguine ⁊ iuſſit eam in carcere recludi quatenus tractaret qua pena eam conſumeret. Media nocte circumfulſit eam lux de celo in qua apparuit ei xp̃s dicẽs. Confortare filia qm̃ copioſum fit gaudiũ in celo ⁊ in terra ſup paſſione tua non ergo metuas minas tyranni: ⁊ ego enim ſum tecum vt eruam te ab oĩbus plagis que inferuntur tibi ⁊ ſtatim oẽs plage nuſq̃ apparuerũt. Gaudebat autem ⁊ exultabat ſancta barbara ſup exhortatione dñi. Mane facto iuſſit preſes afferri eã: ⁊ intuens q᷑ illata ei tormenta nuſq̃ cõparuerũt dixit ei. Ecce qño ꝓpitiati ſunt dii tibi ⁊ diligunt te q᷑ plagas tuas ſanauerũt. Rñdit barbara. Similes ſunt tibi dii tui ſurdi: ceci ⁊ muti: ⁊ quomodo plagas meas curare potuerũt: q᷑ ſibi ipſis remedium cõferre nõ põt: me aũt qui curauit eſt xp̃s filius dei viui quẽ tu nõ vides: q᷑ induratũ eſt cor tuũ a diabolo. Tunc preſes vt leo fremẽs iuſſit capere latera ei⁹ ⁊ lampades ardentes applicari ei ⁊ malleo caput eius cedi: ipſa aũt intuita in celũ dixit. Tu noſti cognitor dñe q᷑ amoris tui occaſione patior: me ergo ne derelinq̃s pro te vero has plagas fortiter ſuſtinui. Tũc iuſſit impius preſes gladio abſcidi mãmillas eius: q̃ aſpiciens in celũ ait. Ne proiicias me a facie tua dñe ⁊ ſpm̃ ſanctum tuũ ne auferas a me. Cum aũt hãc plagam fortiter ſuſtineret: iuſſit eam nudam circuire regionẽ illã ⁊ plagis inferentib⁹ flagellari. At martyr xp̃i videns in celũ ait. Dñe deus q̃ operis celũ nubibus adiutor ⁊ ꝓtector meus eſto ⁊ tege nudatũ corpus meũ ne videať ab oculis impiorũ virorũ. Hec dicens deſcendit angelus dñi operiẽs eam ſtola candida. Hoc cũ videret impius preſes precepit eã gladio trucidari. Tunc furore repletus pater eius ſuſcepit eã a preſide ⁊ perduxit eã in montẽ. At vero ipſa gaudens ſup hoc feſtinabat vt perfectum vite eterne brauium acciperet: ⁊ adducta in montẽ ad dñm orabat dicẽs. Dñe ieſu xp̃e cui oĩa obediunt: preſta mihi hãc petitionẽ vt ſi quis memor fuerit noĩs tui ⁊ famule tue faciens memoriam paſſionis mee dñe ne memineris peccatorum eius in die iudicij ſed ꝓpicius eſto ei: tu eñ ſcis q᷑ caro ſumus. Et facta eſt vox de celo ad eã dicens. Ueni pulcherrima mea et requieſce in cubilibus patris mei q̃ eſt in celis: qđ poſtulaſti donatũ eſt tibi. Quo facto martyr chriſti ad locum ſupradictum venit ⁊ ibi martyrium ſuum finiuit: a proprio eñ patre decollata eſt. Patre eius de mõte deſcendente ignis de celo deſcendit ⁊ cõbuſſit eum ita vt nec puluis ei⁹ inueniretur. Finita eſt aũt ſancta martyr xp̃i barbara cum ſancta iuliana quarta die menſis decembris imperante maximiano ⁊ preſidẽte martiano.

Fuit vir nobilis comes ſaxonie qui inimicũ ſuũ captiuauit: quẽ ſtatim in turrim recludi fecit et familie ſue ſub pena magna mandauit ne ſibi aliquis cibum vel potum miniſtraret: vt ſic eo citius moreretur fame. Cũq; per aliquod tempus ſine cibo ⁊ potu manſiſſet: cuſtodẽ turris voce lugubri ⁊ lamentabiliter rogauit vt ei modicũ daret de pane ob reuerentiã glorioſe virginis barbare nec ſic fame moreretur: cuſtos nec clamorem nec preces aduertebat: ⁊ ſic ꝑ aliquod tẽpus iacebat ⁊ nemini reſponſum dabat: cuſtos vero exiſtimabat illũ iã mortuũ: rogauit ergo dñm vt illum extrahi permitteret priuſq̃ corpus mortuũ exalaret fetorem. intecerũt igitur funem in collũ detenti: ⁊ ad ſummitatẽ deducẽtes ſic eum de alto proiecerunt: qui cum ad terrã perueniſſet ſtatim ſe erexit: ⁊ oẽs qui aderant hoc videntes in fugam cõuerſi ſunt: quos ille dulciter monuit ac propter deum rogauit ne fugerent: ſed vt propius accederẽt: ⁊ cum acceſſiſſent ad eum interrogauerunt eũ quomodo hoc fieret aut qño viuere poſſet: quib⁹ ille reſpõdit beata virgo barbara me in oĩb⁹ anguſtiis meis cuſtodiuit: ⁊ in erectiõe turris ſuis ſanctiſſimis manibus me ſuſtentauit: ⁊ mori nõ poſſum niſi confeſſus et ſacra communione munitus ⁊ inſictus: interrogatus vnde hanc gratiam haberet dixit: ieiuniis et orationibus omni die omni anno honoraui eam: et hanc gratiam mihi apud deum obtinuit vt mori nõ poſſim abſq; ſacramentis quibus perceptis ſtatim ſpiritum exalabat. Aliud exemplum legimus tpe ſereniſſimi adolfi regis romanorum: accidit vt quidam comes ex mandato regis in partibus orientalibus preſideret. Rabẽte vero tempore famulus quidam de proſapia militari ꝙ virginem violauerat incuſatur: q̃ captus vinculis incluſus quouſq; cogitare de ꝯſilio nobiliũ ac ciuitatis que contra eũ eſſet ſententia facienda: ⁊ tẽpore ſtatuto oẽs conuenerunt: et iuuenis deductus eſt qui intime rogauit: vt confiteretur: vocatur cõfeſſor: audiẽs eum innocentem ipm̃ inuenit. Unde confeſſor eum induxit vt beate barbare perpetuum ſeruitium voueret:

nec ad domū veniret nec rediret niſi pri⁹ locū āſiquū culmen in pꝛeſcia viſitaret: qḋ ⁊ iuuenis fecit. Interea mulier clamās iudiciū īplorat: iuuenis ad iudiciū ducit. Judex querit de ſnīa iuuenis iā de vita ſua deſperans. Quidā ignotus acceſſit quem nemo nouit exhortans iuuenē: vt iudicē rogaret ipſum ſuū verbū loq̄: q̄ factū eſt. Tunc tota vniuerſitas cucurrit: q̄r quaſi ille deſpectus vellet fari: ⁊ rationabil'r oſtēdens ſniaꝫ pꝛolatā cōtra iuuenē eſſe nullā ⁊ cōſtanter probās: q̄ oēs tā nobiles q̄ ciues ⁊ oēs qui aderāt illud verū eſſe dicebāt: ⁊ ſic ſentētiā reuocauerūt q̄r vltra humanū ſenſum ꝓtulit: cui nullus contradicere potuit: ⁊ dū ꝑdict⁹ iuuenis ante tribunal exiſtebat: pꝛe nimio gaudio proſternere ſe volēs: caſu accidit vt colluꝫ iudicis amplecteret. Quod vidētes ſerui iudicis hoſtiliter irruerūt in eū. Hoc pater ⁊ amici vidētes deſperati flentes ⁊ lamentātes quaſi moꝛtuū eū reliquerunt. Quod intelligens cōfeſſoꝛ cōſiderer amicis ſuis ait. Nequaq̄ ſic de bñficijs btē barbare diffidatis. Quia veraciter ſcio q̄ ſanus eſt ⁊ nullā patitur coꝛpoꝛis moleſtiā. Accedentes pater ⁊ amici eius cū feſtinatiōe nullū veſtigiū vulneris inuenerūt in eo gratulabātur: illi⁊ meritis ⁊ beneficijs beate barbare ei pꝛeſtitis et magnifice laudauerunt eam: ⁊ ſic iuuenis tandē in ſeruitio beate barbare vitam finiuit.

¶ De ſctō bernardino confeſſoꝛe. clxxxix.



BErnardin⁹ cōfeſſoꝛ natiōe tuſc⁹ ex nobili familia albizeſcoꝛum ꝓcreatus patre toloſanēſi: matre neramaſſana bindi filia poſt tertiuꝫ ei⁹ natiuitatis annū defuncta īfra ſextū pꝛ materrere diane educādus remanſit: q̄ anno. xj. a patruis ſenas aduocatus eſt: vbi liberalib⁹ artib⁹ imbutus: canonico iuri vocauit deuotas nunq̄ ꝑtermittēs oꝛōnes: quib⁹ coꝛroboratus ſenis fraternitatis ſctē marie de ſchala ſctimonia celeberrime aſcribi ſe ꝓcurauit vbi cilicio indut⁹ ſup tabulas aut paleas doꝛmiēs circa lāguētes erat officioſiſſim⁹. Interea anno dñi. M.cccc. ſeuiēte ſenis epidimia moꝛtuis fere oīb⁹ miniſtris hoſpitalis dicte ſctē marie: cū nullo ꝓtio cōduci poſſent. Bernardin⁹ tyꝛo xpīanoꝝ. xx. languentū ſe gratis obtulit in miniſtrū: qui cū ſe ad tantū onus imbecillē foꝛe perpenderet: quoſdam eiuſdē fraternitatis ꝯſocios ad piū op⁹ ſibi aſſiſcere talib⁹ ꝓcurauit. Euāgelio admonemur: regnū celoꝝ vim patit ⁊ violenti rapiūt illud. Inferam⁹ ergo violētiā nobiſmetipſis: nec ꝓ xpō moꝛi pertimeſcamus: quid tam magnū atq̄ pulcherrimū: q̄ peractis tꝑe ad martyꝛiū coꝛonam peruenire ſi moꝛimur pro chꝛiſto: certe moꝛimur qua moꝛte ⁊ merces augeṫ ⁊ omne crimē excluditur: oīs cōſummatio ⁊ ſtatus vite martyꝛio decoꝛaṫ: ⁊ hoc fundamētū vite et fidei: hoc pꝛeſidiū ſalutis: hoc vinculū libertatis ⁊ honoꝛis. Moꝛs quippe interioꝛem facit vitā. Moꝛs magis ducit ad gloꝛiā. Quid eñ nobis cū hac luce quib⁹ lux eterna ꝓmittitur. Quid cū huius vite natureq̄ cōmertio quos celi altitudo depoſcit. Intra omniū gloꝛiā pulchꝛioꝛ eſt ꝓ chꝛiſto moꝛi titulus: ⁊ integrioꝛ coꝛona ſignaṫ. Poꝛro nobis cōtēnenda moꝛs eſt quibus chꝛiſtus occiſus eſt añ oculos. Nobis queſo cōcurrāt dñice paſſionis exēpla: cōcurrāt oblata ⁊ pꝛemia: quoniam miām pꝛeſtantes: miām cōſequētur. His inflammati iuuenes cuncti vnanimes cōfeſſione rite expurgati ⁊ cōmunione: ad funeſtā illam domū non ſine parentū ⁊ amicoꝝ lachꝛymis ſe contulerunt: die noctuq̄ ſedulo infirmis miniſtrātes quādoq̄ moꝛtuoꝝ coꝛpoꝛa ſepelientes. Demū ſedata peſtilentia pluribꝰ de cōſocijs defunctis reliqui ad paternas domos remearunt: quod fecit ⁊ bernardinus qui ſtatim febꝛe cōcuſſus ⁊ nō multo poſt saluti reſtitutus: ampla facultate pauperib⁹ erogata: die natiuitatis marie virginis cuius gratia a pueritia quoad vixit ſabbato ieiunauit: beati franciſci factus eſt imitatoꝛ nihil pꝛeter habitū femoꝛalia ⁊ funiculū poſſidens: ⁊ pꝛimo in locū columbarij in ſenenſi territoꝛio cōtemplationi a pꝛiſſimū deſtinatur: vbi vigilijs: ieiunijs: diſciplinis vltra regule pꝛecepta ⁊ cilicio coꝛp⁹ macerabat: illuc per multa miliaria nudis pedib⁹ panis ac vini collectā eleemoſynā humeris afferebat pꝛelatis obediens hic inter cetera paſſione chꝛiſti amariſſime ſcindebatur: qui ſacerdos oꝛdinat⁹ quotidie amoꝛe in deū inflammatus celebrabat: ſed altius aſpiciens: ⁊ animarū ſalutē ſitiens grauiſumpta cruce: ex colūbario ſaggianū: vt ebꝛius ſpiritu: pꝛedicaturus acceſſit: cuius integritate pꝛius cognita a pꝛelatis oꝛdinis pꝛedicandi officiū cōceditur: ſed cū linguaꝫ haberet aliquātulū pꝛepeditā facta ad dominū oꝛatione igneus e celo globus dimittiṫ: q̄ ſic eius lingue raucitatē decoxit. q̄ exinde illud ſanctiſſimum nomen ieſus italie vrbes: caſtella: villas quaſq̄ perluſtrās expedite non ſine maximo fructu ꝑdicauit: Tunc eñ terras ⁊ pꝛedones obſidebant: ⁊ ſic tāta guelphoꝝ ac gibellinoꝛū rabies incaluerat vt mutuo fraternoq̄ cruoꝛe ruberet Italia: publica ludoꝝ gymnaſia frequētabantur: vſurarū voꝛagines inhiabant: vigebat magia: religio parum colebaṫ: et feſti dies a ferialibus niſi ſpectaculoꝛū gratia dignoſcebantur: ſed magis indigebat italia eo plus in bernardino ſuperne gratie fauoꝛ et virtus fecūdauit. Quis enarrare poſſet quātū boni per bernardinū conſecuta eſt italia: per hūc ſedate cedes erecta hoſpitalia: extirpate feneratoꝛum rapine: adulterini feminarū oꝛnat⁹ cremati: feſti dies culti: ⁊ plures vtriuſq̄ ſexus non ſine miraculoꝝ ſplendoꝛe ad dei ſeruitiū cōuerſi. O viruꝫ Italie frugi in his itaq̄ operibus bernardine perſeuerans apud aquilam apꝛucij vrbem anno ſalutis. M.ccccxliij. etatis vero ſue. lxiij. vite terminū cōpleuit. Cuius coꝛpus aquilani ciues pluribus diebus inhumatuꝫ tenuerūt odoꝛe ſimul et miraculis fragrans: ⁊ ibidem in monaſterio ſancti franciſci poſtmodū honoꝛifice ſepelierūt. Et hunc nicolaus pontifex quintus anno domini. M.ccccl. ſanctoꝝ cathalogo coaceruauit ſolēnis ei⁹ dies xiij. kalendas Iunij colitur. Tranſlatum eſt autē coꝛpus eius in tēplum nouū ei dedicatum anno eiuſdem M.cccclxxij. vj. kalendas Iunij ſexto pontifice maximo eius pontificatus anno. j.

¶ De ſancto Bonauētura epō ⁊ cōfeſſoꝛe. cxc.



